

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Chyträus Peter Sick

**Regvlæ || Vitae.|| Virtvtvm Om-||nivm Methodicæ Descri-||ptiones in Academia
Rostochiana propositæ à Davide Chy-||træo, Collectæ per Pe-||trum Sickium
Rens-||purgensem**

Wittebergae: Crato, 1555

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn717581861>

Druck Freier  Zugang



C 143 H

VSTICIA OMNIS MATER
IN MILITIA ENI DE VALEST
PRO TERRA MAGNA QVATRO

1556

REGVLÆ VITÆ.

VIRTVTVM OM-
NIVM METHODICÆ DESCRI-
PTIONES IN Academia Rostochiana
propositæ à D A V I D E C H Y-
TRÆO, Collectæ per Pe-
trum Sickium Rens-
purgensem.



VVITTEBERGAE
EXCVDEBAT IOHANNES
CRATO.
ANNO M. D. LV.

K

Commodus-Hagroffis.

REGIA

LIBRARI

COMITATIV

SCAMONIUS

SPERGELIANUS



CLARISSIMI
VIRI D. THEODORICI
MALZANI NOBILITATE GENE-
ris, sapientia, uirtute, & eloquentia
præstantis filio Theodorico Mal-
zan Petrus Siccitus Rens-
burgensis S. D.

SPARSIT Deus in
humanas mentes suæ
lucis, sapientiæ, iusti-
ciæ, & cæterarum uir-
tutum radios, ut sint
firma et illustria testi-
monia, quæ confirment Quod sit
Deus, & doceant Qualis sit, & Homi-
num uitam, consilia & actiones gu-
bernant. Nam certæ & perpetuæ no-
ticiæ in mente lucentes, quæ sanciunt
actionum ordinem ac discriminâ, pre-
cipiunt uirtutem, prohibit inhone-
sta ac turpia, & poenas uiolantibus
hunc ordinem decernunt, nequa-
quam casu in mentibus oriri aut ex

A 2 Atomis

Atomis confluere potuerunt. Sed causam Architectricem necesse est præstantiorem esse, uidelicet mentem intelligentem, æternam, sapientem, amantem ordinis, beneficam, ueracem, iustam, castam, iudicem & scele-
rum Vindicem. Cum enim in nostra mente fulgeant Noticiae legum, quæ iudicant sapientiam, iusticiam, castitatem, beneficētiā, ueritatem res bo-
nas & expetendas esse, & contraria his noticijs mala esse & destruere na-
turam, ideoq; uitari debere; necesse est mentem Architectricem seu Deum quoq; talē esse, siquidem fieri non potest, ut melior natura à deteriore oriatur.

Vult autem Deus nostras mentes, voluntates, consilia & actiones cum hac Norma legum, quas animis hu-
manis inseuit, congruere. Vult nos eligere & amare uirtutem, & rectē, honestē, iustē, constanter facta, uult nos repudiare ac detestari turpia, in-
honestā, iniusta, & omnia non con-
gruentia

gruentia ad normam bonitatis æternam & immotam, quæ & in prima conditione in homines transfusa & postea in monte Syna repetita & decem præceptis Decalogi comprehensa est.

Regula igitur uitæ nostræ in agnitione Dei, in gubernatione morum, consiliorum & omnium actionum sit Decalogus, qui & illustrem Diuinæ essentiae ac uoluntatis imaginem exprimit, & eruditissima ἐπιτομὴ est omnium honestarum legum quibus uita humana priuatim & publicè regitur, & fontes continet omnium uirutum. Quas in hoc libello ordine distributas & mediocriter explicatas tibi dedico Carissime Theodorice, ut etiam si domestica sapientissimi parentis tui institutione ad pietatem & uirtutem assuefactus es, tamen cum meæ fidei & diligentiae Pater te in bonis literis & moribus instituendum tradidisset, meæ etiam erga te fidei & benevolentiae publicum testimonium

A 3 habeas

haberesistas uirtutum Descriptiones
ad quas ueluti ad rectissimas normas,
omnes tuas cogitationes, studia, con-
silia, uniuersam deniq; uitam accom-
modares.

Etsi enim omnes homines obedi-
entiam in omnium uirtutum officijs
Deo debent, tamen homines nobiles
in Heroicis familijs natos maiori di-
ligentia & contentione decet in uir-
tute colenda elaborare. Nam Funda-
mentum ueræ Nobilitatis seu Glorie
est uirtus eximia & benemerita er-
ga Ecclesiam, patriam, & Rempubli-
cam.

Quare si recte multis innotescere
& gloriosum Nobilitatis titulum ue-
re tueri cupis, non degeneres Romano-
rum nobilium mores, quos Marcelli-
nus lib. 2 8. describit, tibi imitandi e-
runt. Sed ueræ pietatis erga Deum &
doctrinæ ac uirtutis ardens amor &
cupiditas de communi salute bene-
merendi animo concipienda est, &

præ-

præstantes inclinationes ad uirtutem
à parentibus acceptæ literis, cognitio-
ne artium, disciplina, honestis exerci-
tijs & actionibus exuscitandæ ac con-
firmandæ sunt. Intuendum erit tota-
mente in illustria præstantium uiro-
rum exempla, in quibus eximia ui-
tus lucet. Ut enim in cæteris artibus
nemo fit Artifex, nisi certa & proba-
ta sui generis exempla adsiduè obser-
uet, & studeat imitari: sic in præcipua
& summa arte gubernatrice morum
ac totius uitæ, optima exempla nobis
proponere singuli debemus, quorum
similitudinem exprimere toto pecto-
re conemur.

Tibi uero Deus domesticum ex-
emplum proposuit omnibus nume-
ris absolutissimū, Patrē tuum THEO-
DORICVM, qui Generis Nobilitatē &
summum familiæ splendorem, excel-
lenti uirtute, sapientia, multarum ma-
gnarum artium doctrina, pietate, fi-
de, & benemeritis erga Ecclesiam &
patriam, eloquentia omni oratoria

A 4 lau-

laude cūmulata , morum elegantia &
grauitate, deniq; comnium concilio-
rum , actionum & gestuum modera-
tione & dignitate multo nobiliorem
reddit & illustriorem .

Collocauit etiam te Deus in hone-
stissimam,& sanctissimam filiam uiri
summa eruditioне, uirtute, fide, peri-
tia & usu Artis Medice & uera pietate
Clarissimi,D. DIA CO BI BORDIN-
GI, cuius excellens in omni officio,
sermone , actione & corporis gestu
moderatio pari dignitate & suauitate
temperata uerè conspiciendam ocu-
lis præbet illum uirtutis &
sapientiae imaginem mirabiles sui a-
mores excitantem', de qua in Phædro
Platonis dicitur . Hanc pulcherri-
mam uirtutis speciem à Deo tibi in
quotidiana uitæ consuetudine ante
oculos constitutam ut effingas, omni
studio enitere .

Proderunt tibi etiam hæ Virtus-
tum piture & descriptiones, quas ex
præle-

prælectionibus Carissimi præcepto-
ris nostri DAVIDIS CHYTRÆ I Do-
ctrinam de lege Dei & Decalogum
publicè proponentis, collegi. Cum
enim in partes euolutæ & adhibita ex-
positione causarum & collatione ui-
ciorum pugnantium, explicatæ sint:
facilius intelligi & ad usum in regen-
dis uitæ consilijs et moribus transfer-
ri poterunt.

Spero aliquibus etiam Methodi
exempla adeò multa & utilia non in-
grata fore.

Et uirtutum omnium ac uiciorum
tituli uelut loci communes usurpari
possunt, ad quos omnes sententiae Sa-
lemonis & Ihesu Syracidæ referan-
tur, una cum Hesiodi, Pythagore, Pho-
cyclidis, Theognidis & omnium poë-
tarum et philosophorum γνώμονες, qui-
morum, de singulorum officijs, uel
dicta de præmijs uirtutum & pœnis
scelerum complexi sunt, Imo etiam

A 5 omnes

omnes honeste quarumcunq; Rerum
pub; & Iuris Ciuilis Romaní leges,
quibus uita ciuilis gubernatur, com-
modissimè in has classes digeri pos-
sunt.

Oro autem Deum fontem ueræ
uirtutis & sapientiæ, ut omnium no-
strum animos ad uirtutis amorem fle-
ctat, & luce sui uerbi ac Spiritus san-
cti nostra consilia, studia, & actiones
gubernet, & Clarissimio uiro Patri
tuo uitam proroget ut multa ipsi gra-
ta et Ecclesiæ ipsius, Reipub; ac nobis
ipsiis salutaria in his regionibus
fiant, Bene & foeliciter ua-
le, Calendis Augusti.
Anno 1554.

REGV=

REGVLÆ VITÆ.

VIRTVTES OMNES
IVXTA SERIEM PRÆCE-
PTORVM DECALOGIDI-
STRIBVTÆ ET ME-
THODICE EX-
PLICATÆ.



MPLISSIMA & inex-
hausta sapientia in Decalo-
go seu lege Dei continetur,
que etiam si nullius Angeli,
aut hominis ingenio & elo-
quentia, nedum à me exahu-
riri potest, tamen uult nos
Deus initia huius suæ sapi-
entiae, in hac uita cognoscere.

Vtcung; autem dignitas & amplitudo utili-
tatum doctrine in Decalogo comprehensæ ex hi-
sce duodecim capitibus aestimari potest.

I. Decalogus seu legis noticia est præcipuum
testimonium, Quid sit Deus. Impossibile est enim
certas & perpetuas noticias legis discernentes
honesta & turpia mentibus humanis insitas, casu-
ortas esse, & promulgatio Decalogi tantis mira-
culis

V S V S

culis facta conuincit mentes certo esse Deum, qui
se supra usitatum ordinem naturae patefecerit.

II. Docet Qualis sit Deus, uidelicet, iustus, be-
neficus, castus, uerax, iuxta imaginem sui, quam in
lege expressit.

III. Docet ad quid condita sit, & qualis fuerit
natura humana, seu quid fuerit Iusticia origina-
lis, uidelicet congruentia seu conformitas cum to-
ta lege Dei.

IV. ostendit peccatum, & est perpetuum iu-
dicium Dei accusans, & damnans omnes homi-
nes propter peccatum.

V. Est paedagogus ad Christum. Cum enim lex
monstrat nobis morbum peccati, simul cogit nos
ut medicum & opitulatorem Filium Dei quera-
mus. Nec efficax est Filius Dei in ipsis, qui scien-
tes & uolentes uiolant Decalogum.

VI. Est Regula uitæ piorum, ad quam omnia
sua consilia, actiones & studia accommodantes
Deo grata dicant, & Deo grata faciant.

VII. Est testimonium de iudicio Dei. Frustra
enim lex mentibus insita esset, si non sequerentur
poenæ, et immutabili ordine horre di cruciatus co-
mitantur conscientiam delictorum, & semper a-
trocia delicta etiam in hac uita atrocibus poenis
puniuntur. Haec testimonia sunt iudicij diuini se-
cuturi, in quo omnes scelerati punientur, & iusti
præmiis ornabuntur.

Admo-

DECALOGI.

VIII. Admonet de Resurrectione mortuorum & uita æterna. Cum enim Deus uelit legem aliquando fieri à natura humana, ut Matth. 5. dicitur, & tamen non fiat in hac uita, necessaria est naturam humanam reparari & restare uitam æternam.

IX. Est norma uitæ hominum in externis actionibus, ut mores honestè regantur.

X. Est vinculum & neruus omnium imperiorum & totius civilis societatis, cuius salus & tranquillitas ex obseruatione legum dependet.

XI. Est fons omnium honestarum legum posituarum.

XII. Est fons & eruditissima è p[ro]pterea ac summa omnium scriptorum philosophicorum, orationum, poëticorum, quibus doctrinam Ethicam & politicam, seu precepta & sententias de honesta & salutari imperiorum & uitæ gubernatione, de præmijs uirtutum, et scelerum pœnis homines sapientes complexi sunt. Hæc duodecim capita, quæ usum Decalogi demonstrant, in tota Ecclesiæ doctrina, quædam etiam in philosophia & iurisscientia explicantur.

Quare cæteris omib[us], nunc sextum & nonum membrum, hoc est, Virtutes omnes, que ueluti Regulae & Normæ uitæ omnium hominum esse debent, ordine in precepta Decalogi distributas illustrabo.

vult

V S V S D E C A.

Vult enim Deus nostras mentes, consilias, & actiones cum ipsius sapientia, & norma iusticie in uoluntate ipsius congruere. Ideo & hominibus ad imaginem suam conditis noticias legis ueluti radios sue sapientie, & iusticie inseuit, & suam uoluntatem certo uerbo patescit quod uitæ norma esset, & lapsis in peccatum et mortem Filium suum Dominum nostrum Ihesum Christum opitulatorem misit, ut per Spiritum sanctum se se nostris spiritibus in cerebro, & corde permiscerent, ut ita dicam, accenderet nouam lucem sapientiae agnoscens Deum, & iusticiam ac omnium uirium & actionum congruentiam cum uoluntate Dei in Decalogo expressa, instauraret.

Regula igitur uitæ nostræ sit Decalogus, sicut in Euangeliō & toto uerbo Dei enarratur.

Cum autem Cor sit fons uitæ nostræ, & primum ac præcipuum membrum in natura hominis, quæ cum Decalogo congruere debet: aptissime orditur primum præceptum à gubernatione cordis & docet quales esse motus cordis debeat. Vult enim lucere in pectoribus ueram Dei noticiam, quæ gignat uerum timorem Dei, ueram fidem, ardenter dilectionem Dei, inuocationem, confessionem, spem, patientiam, & cæteras uirtutes, quæ uno uocabulo Pietatis erga Deum, seu Religionis usitatè comprehenduntur.

I. TAB V

L TABVLA.

SVNT IGI TVR

PRIMI PRÆCEPTI

VIRTUTES.

- I. Vera Dei Noticia.
- II. Timor Dei et uicina ταπεινοφρα
σώμα.
- III. Fides.
- IV. Dilectio Dei.
- V. Spes.
- VI. Pacientia.

I.

VERA DEI NOTICIA, est essentiam & uolumenatem Dei in lege & Euangeliō patefactam recte agnoscere, iuxta uerbum per Prophetas, & Apostolos traditum, & certis ac illustribus testimonijs miraculorum, uidelicet, eductionis ex Aegypto, resuscitationis mortuorum &c confirmatum.)sicut dicitur: Ego sum Dominus tuus qui eduxi te de terra Aegypti.

Partes sunt.

VIRTUTES PRIMI

I. Noticia unius spiritualis, & aeternæ, & omnipotentis essentiæ diuinae, in qua uere & realiter distinctæ sunt tres Personæ, Pater qui genuit & dixit, Filius qui est & assumptus humanam naturam, & Spiritus sanctus procedens a Patre & Filio, ut in descriptione Dei dictum est.

II. Noticia voluntatis Dei patefactæ in lege & in Euangelio de gratuita remissione peccatorum, & acceptatione ad uitam aeternam propter Filium Mediatorem. Iohann. x. 7. Hæc est uita aeterna, ut agnoscant te uerum Deum, & quem misisti I H E S U M esse C H R I S T U M. Iere. 9. In hoc glorietur uir, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, & facio misericordiam.

Species recitari possunt.

NOTICIA Dei Philosophica seu legalis, qua cernit ratio esse Deum, unam mentem aeternam conditricem, & conseruatricem omnium rerum bonarum, curantem genus humanum, approbantem honesta & vindicantem sclera, cui iuxta noticias discernentes honesta & turpia, mentibus manis insitas uero pectore obediendum sit.

Hæc noticia Dei splendidissimis disputationibus Platone, Xenophonte, Cicerone, Seneca & similibus illustratur, & ex luce legis divinitibus insita, & firmis demonstrationibus extrui-

I. PRÆCEPTI.

extruitur quæ in loco de creatione collectæ sunt.
Præcipua autem hæc est, quam in secundo de na-
tura Deorum copiose Cicero illustrat. Vniuer-
sum hoc Theatrum naturæ rerum miranda arte
et sapientia ordinatum, et summa pulchritudi-
ne ornatum est, Ut testantur ipsa mundi figura,
et positus corporum, certissimæ leges motuum
coelestium, stellarum pulchritudo, et numerus
uices temporum, fœcunditas terræ, specierum
omnium in plantis et animantibus perpetuitas,
propagatio et generationis modus, miranda cor-
poris humani fabricatio, deniq; mens hominis, et
noticie discernentes honesta à turpibus, et iudi-
cium conscientiae in recte et secus factis. Ergo
impossibile est hunc mundum casu, aut à natura
non intelligente ortum esse, sed necesse est esse
Deum, mentem aternam, omnipotentem, sapi-
entem, Architectatricem hominum et totius mun-
di, bonam, iustum, requirentem obedientiam iuxta
noticias mentibus impressas, et inspectricem ac
iudicem nostrorum factorum, approbatricem ho-
nestorum, et vindicem scelerum. Valet conse-
quentia. Nam ordinata perpetuis legibus impossi-
ble est casu existere. Itē impossibile est Praestan-
tiorem naturam, ut intelligentem, bonam, iusticiæ
approbatricem à deteriore oriri, quia causa non
est toto genere deterior effictu. De hac Philoso-
phica Dei noticia Paulus inquit Rom. I. Inuisibi-
lia Dei &c.

B

Hæc

VIRTVTES

Hec summa est Philosophicæ agnitionis Dei, quæ etiam si uera est, tamen diligenter & accuratis limitibus discernenda est à uera noticia Dei, qualem Primum Preceptum requirit, quod ita iubet Deum agnoscere, sicut se in suo uerbo, in lege & Euangelio & testimonij miraculorum, ut eductione ex Aegypto & similibus patefecit, uidelicet, Quod sit essentia spiritualis, æterna &c. ut in definitione Dei supra dictum est.

C AVS & Efficientes Philosophicæ noticie Dei, sunt Mens humana & lumen legis diuinitati insitum & tota hæc rerum natura quæ id eo proposita est, ut sit testimonium de Deo.

Sed ueræ agnitionis Dei cause sunt.

I. Spiritus sanctus accendens in mentibus lucem recte agnoscentem essentiam & uoluntatem Dei.

II. Verbum per Prophetas & Apostolos traditum & testimonij miraculorum, ut eductionis ex Aegypto, resuscitationis mortuorum &c. confirmatum.

III. Mentes humanæ audientes, discentes, Cogitantibus uerbum diuinitus traditum.

Considerentur autem testimonia de singulis.

De prima causa dicitur Iohann. x. Deum nemo uidit

I. PRÆCEPTI.

uidit unquam, Filius qui est in sinu Patris &c.
1. Corinth. 2. Quæ oculus non uidit, r̄cuelavit Deus per Spiritum suum, Spiritus autem omnia scrutatur etiam profunditates Dei &c. animalis autem homo nō intelligit ea, quæ sunt Spiritus Dei. Id est, arcanam uoluntatem Dei. Iohann. 14. 15.
16. Spiritus sanctus docebit uos omnia. Item, Spiritus ueritatis ducet uos in omnem ueritatem. Iohann. 6. Nemo potest uenire ad me, nisi quem Pater traxerit, sicut scriptum est, Esa. 54. Erunt omnes docti a Deo. Omnis igitur audiens à Patre et discens uenit ad me. Matth. 11. Nemo nouit Patrem nisi Filius.

DE SECUNDA CAUSA. Semper sit in conspectu hæc sententia, quæ totius doctrinæ Christianæ & salutis nostræ fundamentum est, uidelicet Dei essentiam, & uoluntatem ex solo uerbo per Prophetas, & Apostolos tradito & testimonijs illustribus: eductionis ex Ægypto, missi Filii pro nobis crucifixi & resuscitati confirmatio, agnoscendam esse, et omnes opiniones cum hoc uerbo pugnantes aberrare, ut in toto primo & secundo Cap. ad Corinth. disputatur. Et Rom. 10. Ne dicas in corde tuo quis ascendit, proptere est uerbum in ore tuo. 1. Corinth. 1. Cum Mundus non cognouisset Deum sapientem per sapientiam &c. Iohann. 14. Qui uidit me. Item, Filius

B 2 lius

VIRTUTES

lius qui est in sinu. Ioh. 5. Scrutamini scripturas.

DE TERTIA CAVSA Paſſim dicitur
Iohan. 6, Omnis qui audit & discit. Ro. 10. Fides
ex auditu est. Proverbiorum 1.2.4. Audiens sapi-
entiam adquiret. Item, Si audieris sermones Dei,
Si queſtieris Sapientiam quasi pecuniam tunc in-
uenies sapientiam Dei. Quia Dominus dat sapi-
entiam &c. Luc. 11. Dabit Spiritum sanctum pe-
tentibus.

FINIS uerae Dei Noticie est, ut Deus in no-
bis innoteſcat & communicet nobis ſuam bonita-
tem in omni eternitate.

EFFECTVS, ſunt omnes reliquæ uirtu-
tes quarum fundamentum & basis eſt uera agni-
tio Dei, & Domini nostri Ihesu Christi. Item iuſti-
ficatio Eſa. 53. Item uita eterna Iohan. 17. Item
Ieremia 9. Oſc. 6.

PVGNANTIA, ſunt Ignoratio Dei, O-
mnis opinions de Dei eſſentia & uoluntate pu-
gnantes cum hoc uerbo per Prophetas & Apoſto-
los tradito.

Discrimen inter agnitionem Dei preeſtentem
& alteram in futura uitâ. Corinth. 13. illuſtra-
tur.

II.

TIMOR DEI, eſt expauescere cogitatione
ire

I. PRÆC E P T I.

iræ Dei aduersus peccatum, & metu iræ de iudicij diuini uitare delicta, & se reuenter DEO subiçere & uoluntate ac uerbo Dei omnia consilia & omnes actiones in uita spirituali & ciuili gubernare. Timere Deum usitato more in scripturis significat seruire Deo, & colere Deum, & Timor significat totum cultum seu obedientiam, seu iusticiam uniuersalem.

SPECIES usitatè recensentur. Timor Filiæ lis, qui est uerus paucor ortus ex conspectu iræ Dei aduersus peccatum, ad quem accedit fides erigens, animum & accedens ad Deum, & in Dco tanquam in patre acquiescens.

Timor seruilis, est uerus paucor sine fide fugiens Deum et fremens aduersus Deum, ut in Iuda, Saule & similibus, de quo dicitur 1. Iohan. 4. Di lectio foras pellit timorem, id est, seruilem.

Cause efficients sunt.

1. Verbum seu lex Dci, denuncians iram Dei aduersus peccata.
2. Spiritus Sanctus accendens in mente cogitationem uerbi & hoc uerbo incutiens terrores.
3. Mens cogitans de ira Dei, & uoluntas ac cor serio expauescens, & dolens quod offenderit Deum, & se uoluntati Dei subiçens.

Cause Impulsuę seu προκαταρκ्षις sunt.

VIRTVTES

1. Lex Dei et maledictiones additæ legi, omnes conciones pœnitentie.
2. Omnes calamitates totius generis humani & horrendæ pœnae, quæ sunt ueluti uox diuina commone faciens de ira aduersus peccata.
3. Mors Filij Dei.

Finis et effectus plurimi possunt recitari quorum præcipui Ecclesiastici primo collecti sunt, Et paſſim in Psalmis, ubi bona spiritualia, & corporalia timentibus Deum promittuntur.

Pugnantia sunt, Securitas, & Epicureus ac Cyclopicus contemptus Dei, δοῦλος τοστικός διονύσιος οὐδέποτε καλέσθαι δύναται προσεγγίζειν αργοχρόνον. Similis Epicurei contemptus Dei descriptio extat in Cyclope Euripi-

ταπενοφροσύνη est uirtus qua agnoscentes propriam immundiciem et infirmitatem uere timemus Deum, et non adpetimus maiora uocatio-
ne, sed nos continemus intra metas uocationis & fiducia, ac spe auxiliij diuini in ea uocatione serui-
mus, nec despicimus alia organa Dei, sed agnoscim-
us dona Dei in alijs, & scimus nullius industrie
am felicem esse, nisi iuuante Deo. Est etiam Hu-
militas, in pœnis preſtare obedientiam propter agnitionem delictorum, nec fremere aduersus Deum, quasi iniuste puniat. Vel est timere Deum & agnitione propriae infirmitatis non appetere maiora

I. PRÆCEPTI.

maiora vocatiōe, facere nostri muneris officia fiducia auxiliij diuini, nec alia dei organa despicer. Splendida & Rhetorica Descriptio, τὸς σωτῆρος ταπεινοφροσύνης extat apud Basiliū pag:391.

Partes sunt Timor Dei, Modestia, Iusticia distributiva proprium officium faciens, & tribuens cuilibet suum locum, Sedulitas, Pacientia. Has quinq[ue] uirtutes unica ταπεινοφροσύνης seu Humilitatis appellatio complectitur.

Species nullæ sunt, nisi discernere uelis in ueram humilitatem, qualis est Christi, Ionathæ, Davidis, & fictam seu simulatam qualis est Anabaptistarum & Monachorum, de quibus Bernhardus ait, Volunt esse Humiles sine despectu, et pauperes sine defectu, & diuites sine labore.

C A V S M Humilitatis & ceterarum uirtutum generales eadem tradūtur, Spiritus sanctus, uerbum Dei, et Mens ac uoluntas humana. Quare hoc loco breuiter titulos & ueros fontes recitabo, ex quibus præcipua argumēta sumi debent, quæ nos ad ueram humilitatem complectendam exuscident.

1. A causa efficiente donorum, que à solo Deo proficiuntur, & nequaquam nostra industria parari possunt, ut Corinthi, 12. dicitur: Hæc omnia efficit unus & idem dominus distribuens singulis

B 4 pro

I V I R T V T E S . I

pro ut ipse uult . Item quid habes quod non accepisti &c. Ideo Deus Nabuchodonosor superbum omni sapientia & potentia spoliat . Danielis 4. Dauidem omni gloria sanctitatis & uirtutis exuit, & ex regno ejicit, ut intelligamus haec dona non esse hominum propria, sed a solo Deo dari, et auferri .

2. A causa Impulsu*a*, uidelicet, mandato Dei 1. Pet. 5. Humiliamini sub potenti manu Dei. Humilitatem in uobis firmam habete, nam Deus superbis resistit. Item, abominatio est coram Deo.

3. A causa materiali in qua, seu a subiecto in quo hærēt dona quod est ut Esaias inquit: Fœnu et flos agri. Et Pidarus; εφάμεροι σκιᾶς ὄντες ἀνθρώπωι. Hæc cōsideratio humanæ infirmitatis et fragilitatis efficacissime flectit animos ad humilitatē amādā & colendā. Hūc locū splēdidissime illustrat D. Basilius Homilia. 11. in εξακήμεροp enarrans haec uerba: Formauit Deus hominem de lymo terræ. Et Plinius lib. 7. Miscret, atq; etiam pudet, quam sit fruola animalium superbissim i origo. Is demum profecto uitā & qua lance pensabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fucrit.

4. Ab exemplo CHRISTI, qui uere mitis est, & Humilis corde, ut Matth. 11. dicitur, & Philip. 2.

Per

I. P R A E C E P T I.

Per humilitatem quisq; alium se præstantiorem existimet. Is enim, adfectus sit in uobis qui fuit & in CHRISTO IHESV.

5. A simili membrorum humani corporis, quorum et si alia alijs præstantiora sunt, tamen non certant inter se ambitione, sed conferunt suas functiones ad communem totius corporis utilitatem. Rom. 12. 1. Corinth. 12.

6. A causa Finali donorum, quæ referenda sunt non ad alendā superbiā cōtemptū aliorū, & similes stultos adfectus, sed ad communem utilitatem iuuandam, ut 1. Corinth. 12. dicitur. Iohan. 13. Māximus inter uos omnis minister.

7. Ab effectibus, hoc est præmijs, que Deus pollicetur humilibus, & poenis, quibus superbos punxit. I. Pet. 5. Deus superbis resistit. Et Ethnici disixerunt, Superbiæ comitem esse vēμεσον seu ἀδόπος, hoc est, Iusticiam Dei punientem. Apryses Rex Ægypti, qui gloriabatur neminem Deorum aut hominum posse ipsi Regnum eripere, postea strangulatur. Nabuchodonosor sue sapientie & fortitudini attribuens constitutionem Regni Babylonici, ratione, & Regno priuatur. Dani: Ita Baltasar punitur. Esa. 14. Ajax apud Sophoclem.

III.

FIDES est uocabulum Relatiuum secundum

B 5

dici.

VIRTVTES

dici. Fundamentum est qualitas primæ speciei,
uidelicet Noticia, & ad sensus in mente, & fiducia
in uoluntate.

Terminus est obiectum, uidelicet, Promissio
gratuitæ remissionis peccatorum donandæ pro-
pter Christum, uel CHRISTVS Mediator in
promissione ostensus.

DEFINITIO.

FIDES est noticia totius doctrine à Deo no-
bis traditæ etc; 2. ad sensus quo amplectimur totā
doctrinam & in hac promissionem reconciliatio-
nis seu imputationis iusticia propter Christum
donandæ &c: 3. Fiducia in Christo Mediatore in-
acta promissionem adquiescens & certo statuens
se Deo placere, se recipi, & exaudiri propter
Christum Mediátorem Gratis non propter pro-
priam dignitatem.

Partes sunt. Noticia, Ad sensus & Fiducia
 $\pi\lambda\chi\rho\phi\eta\kappa\delta\theta\sigma\alpha$.

Obiecti seu termini partes sunt Dei

Essentia Voluntas pa-
tēfacta in

LEGE Euangelio de
CHRISTO.

SPECIES nullæ sunt sed pueriliter & impro-
priè diuidi potest.

I. IIS

I. PRACTICI.

1. In ueram fidem seu ἀγνοπόριον quæ antea
descripta est, & falsam seu simulatam.
2. In Firmam, qualis est Iacob luctantis cum Fi-
lio Dei, Danielis inter Leones abiecti; Lutheri, &
Infirmam qualis est illius, Marci 9. Credo Domini-
ne, sed openi fer imbecillitati meæ: et omnium no-
strum.
3. Secundum obiecta, quorum alia sunt spiri-
tualia & æterna, alia corporalia &c.

CAVSAE efficientes fidei. Στριον est Spiritus
sanctus accendens in mentibus lucem recte agno-
scientem essentiam & uoluntatem Dei in Euana-
gelio patefactam, & mouens mentem ut assentia-
tur Euangelio, & impellens, ac adiuuans uolun-
tam, ut in promissione Euangeliū de CHRISTO
firmiter acquiescat.

Συνάστριον est uerbum Dei seu promissio Eu-
angeliū audita, seu cogitata ut Rom. 10. dicitur.
Fides ex auditu est.

Συνεργον, est mens humana adsentiens uerbo
Dei, & uoluntas luctans cum dubitationibus, di-
ffidentia &c, & in promissione diuina adquie-
scens.

MATERIA circa quam seu Obiectum fidei,
est omne uerbum Dei nobis propositum & in hoc
promissio fauoris diuini, & remissionis pecca-
torum propter CHRISTVM Mediatorem. Ac
prima

VIRTUTES.

principium Decalogi talem promissionem uere
Euangelicam habet, Ego sum Dominus Deus TV=VS,
hoc est, qui te diligit, curat, exaudit &c. Huic
promissioni uult nos fide assentiri, Ac postea Eu= angelium declarat, cur deus diligit nos, uidelicet
propter Christum.

FORMA & EV^DEΛΕΞΙΑ Fidei, est Christus
Mediator, quem Fides uelut annulus gemmam
complectitur.

FINIS & EFFECTVS, qui fidei tanquam cau= se Instrumentali, Christo tanquam cause Impul= suae, seu Merito: Deo, tanquam efficienti princi= pali:tribuantur.

1. Iustificatio, id est, remissio peccatorum et reconciliatio, seu gratuita acceptatio. Rom. 3.
2. Donatio Spiritus sancti, Galat. 3.
3. Pax et leticia conscientiae erga Deum, Rō. 5.
4. Vera inuocatio, Ephe. 3. Rom. 5.
5. Vita aeterna, Iohan. 20. Hæc scripta sunt ut credentes uitam habeatis in nomine Christi.

Cognitio

I. PRÆCEPTI.

Cognata sunt { Spes.
Dilectio & ceteræ
uirtutes primæ Tab.

Diffidentia erga { De Deo,
Deū, seu dubita- & pro-
tiones Epicureæ uidentia.
& Academicæ.

Pugnan- Fiducia humano- { De uoluntate Dei
tia sunt. rum præsidiorū, in Euangelio pate-
quæ seuerissime facta
passim prohibe- tur.

Confidentia seu præsumptio
Desperatio non tribuens Deo laudē
uirtutis & misericordie &c.

Muniantur autem pectora aduersus uenena-
tos morsus desperationis sequentibus testimonijis,
qua firmam & efficacem consolationem animis
sensu iræ Dei & suorum peccatorum magnitudi-
ne consernatis adferre possunt, Rom. 5. Gratia
exuberat supra peccatū. Ezech. 33. Viuo ego no-
lo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & ui-
uat. O beatos quorum causa Deus iurat, O mis-
eros, si nec iuranti Deo credimus. I. Iohann. I. San-
guis

IVIRTVTES.

guis Filij Dei emundat nos ab OMNI peccato.
Esa.1. Si fuerint peccata nostra ut coccinum &c.
Psal. 103. Quantum distat ortus ab occasu. Luc.
15. Filius prodigus. Et omnes sententiae, ac Historie Euangelij.

III.

DILECTIO Dei et proximi est postquam uera fide apprehensa est, misericordia Dei propter Filium donata uicissim subiucere cor Deo & seruare mandata eius cum quadam læticia adquisiente in ipso. Vel est obedientia uniuersalis iuxta ordinem à Deo in lege institutum, ut Roma: 13. Dilectio est impletio legis &c. 1. Iohann. 5. Hæc est Dilectio Dei, ut mandata eius seruemus. Deut. 6.10. & Matt. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. 1. Timoth. 1. Summa mandati est, Dilectio ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

Species intelliguntur, cum aspicitur Decalagus & considerantur Dilectionis officia iuxta singula præcepta.

In prima Tabula. Dilectio Dei complectitur Timorem filialem Dei, id est, ueram reuerentiam Dei, Confessionem, Gratiarum actionem, Pacientiam in ærumnis confessionis, studium conseruandi ministerij.

In quarto præcepto, amorem parentum, sibi, beneficorum, Magistratum, propter Deum & omnia

I. P RÆ C E P T I.

omnia officia ex eo amore orta.

In V. Iusticiam, que cauet, ne lœdat corpus alterius, item Mansuetudinem, lenitatem frenatricem ire, & cupiditatis vindictæ, item Beneficentiam.

In VI. Amorem coniugis &c.

In VII. Iusticam abstinentem à rebus alienis, et liberalitatem iuuantem egenos.

In VIII. Candorem, ueritatem uitantem mendacia, calumnias, obtræctationes, Fidelitatem etc. Hæ omnia esse officia dilectionis proximi perspicuum est. Quia sunt uincula confociationis generis humani, quæ mutua benevolentia continetur.

Similis Catalogus operum
Dilectionis institui-
tur, 1. Cor. 13.

C A V S Æ efficients. Dilectionis tres sunt,
1. Agnitio Euangeli de CHRISTO. Dum enim
mens humana tantum legis uocem audit denun-
ciatrem iram Dei, et æternas poenas, semper fugit
Deum iratum, non diligit eum, ac precipue in æ-
ruminis assiduum fremitum & indignationem ad-
uersus Deum circumfert. Sed auditio Euangeli,
Cum agnoscimus nos quanquam indignos & pol-
lutos peccatis, tamen a Deo gratis propter Chri-
stum

V I R T U T E S

stum diligi, curari, respici, exaudiri, uicissim incipimus ipsum diligere, & nos ei subiucere et obedientiam uoluntati ipsius congruentem cum quadam laetitia inchoare.

2. Spiritus sanctus flectens mentem & uoluntatem, ut agnoscat dilectionem Dei erga nos, quam missō Filio declarauit. Iohan.3. Rom.8. Et uicissim Deum tanquam φυλόσορον patrem diligat.

3. Mens & uoluntas humana.

De cæteris causis dilectionis dei, seu totius obedientie Deo debitæ, infra de bonis operibus copiose dicetur.

V.

S P E S est certa expectatio uitæ æternæ propter Filiū Dei, iuxta promissionē in Euangelio expressam, & est expectatio mitigationis poenarum seu calamitatum, in hac uita iuxta consilium Dei.

Fides. Primum autem uera & perspicua differentia Fidei & Spei consideretur. Fides accipit praesens beneficium, id est, remissionem peccatorum, & reconciliationem, ut dicitur, iustificati fide pa-

Spes. cem habemus. Spes autem intuetur & expectat futuram liberationem.

Deinde & discrimin cogitetur, inter Spes fallaces & incertas, quibus saepe incitati homines decipiuntur, & ruunt in maximas calamitates, ut dicitur.

I. P R A E C E P T I.

dicitur, Fallitur augurio, Spes bona s̄epe suo, in
Philebo, ἡμεῖς διὰ παντὸς τοῦ εἰς ἡμᾶς γέμομεν
ἐλπίδων ματαιῶν. Item spes est ἐγκυορότης
ἐνύπνιος. Item agroto dum anima est, spes est.
Et Germanice dicitur, Hoffen und harren, macht
manchen Narren. Sed Spes uitæ æternæ, & miti-
gationis poenarum in hac uita, quam uox diuina
præcipit, regitur diuina promissione, que pro-
pter Filium certa, & immota est. Ideo dicitur:
Spes non confundit, hoc est, non frustratur. Item
Rom:8. Spes salui sumus, id est, Glorificatio adhuc
certo speranda, & expectanda est.

Tertio & hæc differentia teneatur, Etiam si
præsentes calamitates non tolluntur aut mitiga-
ri uidentur, tamen semper certo retinenda est
Spes uitæ æternæ, iuxta dictum Iob: Etiam si occi-
derint me, sperabo in eum.

Cum autem ualde languestant animi in poenis,
& dubitant, An sit speranda, & expectanda salus
æterna, cum in præsentia abici uiideamur, muni-
endi sunt animi ueris consolationibus. Quarum
hec prima est: Quod Deus uelit nos quocunque
tempore ad se conuersti, & conuersos certissime
recipere propter Filium gratis. Iohan. 3. Ezech.
33. Luca 15: Deinde hanc ipsam ob causam punit
Deus, ut nos retrahat ad poenitentiam, & con-
uersis det uitam æternam. Corinth. 11. Esa. 27.

C

Tertio,

V I R T U T E S

Tertio. Etiam si non prorsus tolluntur praesentes poenae in hac uita, Quia Deus propter multas causas uult Ecclesiam cruci subiectam esse: tamen mitigatio promissa est, quæ fit alias aliter, cumq; promissa sit diuinitus hec Spes etiam non est irri ta Nahum. i. Ose. ii.

V I.

P A T I E N T I A est obedire Deo in tolerandis aduersis, ita ut non faciamus aliquid contra mandata Dei, nec Deo irascamur. Sed si de agnoscamus eum nobis propicium esse, & expectemus auxilium, mitigationem aut liberacionem, & hac fide & spe dolorem leniamus. i. Pet. 5. Psal. 36. Esa. 30. i. Corinth. 10.

SPECIES recenseri possunt, CHRISTIANA patientia cuius definitionem iam recitauimus, & PHILOSOPHICA quæ est ut cung; obedire rationi inferendis aduersis, ita ut nihil contra iusticiam, constantiam, modestiam, aut alias uirtutes facias. Ut Socrates sine seditione, & sine deformitate ulla mortem oppetit. Cicero facit contra modestiam. Coriolanus contra pietatem patriæ debitam. Cato contra iusticiam.

Patientiae species est enteina, quæ propter Deum tolerat multorum infirmitates & iniurias publicæ concordiae causa. Sed hæc uirtus infra in quinto præcepto recitatur. Nunc locos recitabo, ex quibus præcipua argumenta, quæ nos ad pati-

entianos

I. P R A E C E P T I.

- entiam exuscitare debent, sumi possunt.
1. A CAVSA Efficiente calamitatum quæ nō cāsu accident. sed Deo sciente & uolente. Tolerantiae sunt igitur, Quia necesse est Deo obedire, qui certo consilio sic onerauit totam Ecclesiam, nec repugnandum est eius sapientiae. Pet. 5.
 2. A CAVSA Finali. Exercemur rebus aduersis, non ut perdamur, sed ut crescant in nobis pœnitentia, fides, Inuocatio &c. Huc otio cause finales referantur, quæ in loco de calamitatibus, & cruce recitantur.
 3. A FACILI, seu Possibili, Promissio auxiliij diuini, mitigationis pœnarum, præsentiae Dei, et liberationis.
 4. MANDATVM Dei, quod præcipit patiētiā.
 5. Exempla Filij Dei & totius Ecclesiae. Huc pertinent Duodecim loci Christianæ consolacionis, qui in Catechesi recensentur.

Pugnantia sunt.

1. Impatientia irascens Deo in erumnis, ut in Iob, Ieremia, Catone, Cicerone & nobis omnibus.
2. Impia Pertinacia hominum fanaticorum in supplicijs, que perferunt propter seditionem, aut errores palam blasphemos, ut Seruetti, Anabaptistarum, qui improbat Magistratus, iudicia, necegant peccatum Originis, contemnunt Ministerium uerbi,

C 2 uerbi,

V I R T U T E S

uerbi, et Sacramentorum expectantes Enthusiasmos &c. Causa autem facit Martyrem, non Martyrium, Ut Cyprianus ait. Et Apollinaris, Vbi non est Veritas Christi, ibi non est Veritas Martyrij.

PECCATA pugnantia cum primo Præcepto pleraq; iam exposita sunt.

DVBITATIONES Epicureæ & Academicæ de Deo, de Prouidentia, & certitudine doctrinæ per Prophetas & Apostolos traditæ. Pugnant proprie cū FIDE, quæ est firmus adsensus quo statuimus esse Deum, esse prouidentiam, & hanc uere esse uoluntatem Dei, quæ in Verbo reuelata est.

Opponantur autem hisce dubitationibus præter dicta Dei, et exempla ac testimonia diuinæ paffactionis, etiam Argumenta supra in fine loci de creatione collecta, & alia de prouidentia, item Argumenta 12 de autoritate, & certitudine doctrinæ in libris Prophetarum & Apostolorum paffactæ, quæ mediocri fide & diligenter alibi à me repetita sunt.

Cum tota prima Tabula pugnat,
IDOLOLATRIA, quæ est uel fingere hoc esse Deum quod non est Deus: uel honorem Deo propriæ debitum, seu cultus primæ Tabulæ tribuere cuicunq; rei quæ non est Deus: uel alligare Deum ad aliquam rem, ad quam se ipse non alligauit suo uerbo: uel eligere & instituere cultus sine uerbo, & mandato Dei, & confidere his cultibus, quod pro-

I. P R A E C E P T I

propter eos Deus nobis propicius sit, & benefaciat.

SPECIES Idolatriæ quatuor sunt, ut ex definitione appareat.

I. FINGERE aliquid esse Deum, et colere tanquam Deum, quod non est Deus.

1. Ut promiscuum uulgas apud Ethnicos, & Papistas colit ipsas statuas tanquam numina. Scribunt autem simulacrorum cultum à filio Beli Nigro originem traxisse, qui Beli patris mortui imago fecerit, cui diuinos honores subditi exhiberent. Inde nomina Bel, Baal, Beelzebub orta esse Lyra in sapientie caput 14. scribit.

2. Signa externa diuinitus promissioni Evangelij addita in Deos ab impijs conuersa sunt. Ut Chaldei & Persæ Ignem finxerunt esse Deum, quia audierant igni delapo ex cœlo incensas esse victimas. Huius Idoli mentio fit. Gene. ii. Et manus a pud Persas Ebræa appellatio ORIMASDA, quæ extat apud Plutarchum in uita Artaxerxis. Sic Papistæ circumferunt PANEM & faciunt ex eo Idolum, affirmantes esse Deum.

3. Omnes Ethnici ferè, uaria æterna numina commenti sunt, & diuersam potentiam singulis attribuerūt, ut Iouem, Palladem, Martem, Lares.

4. Omnes res à quibus utilitatem aliquā homines capiebant, loco Dei habebantur ut Feles, Cico

VIRTUTES

nie, Tauri apud Aegyptios, Sic Libertas, Victoria, Fides &c.

5. Turci etiam, & Iudei hoc nostro tempore sibi ipsis fingunt Deum conditorem cœli & Terre, qui nusquam est. Unicus est enim conditor æternus, qui est Pater Domini nostri IESV CHRISTI, quem ipsi contumelias afficiunt, quia FILIVM non honorant Iohan. 5.

II. TRIBVERE HONOREM diuinum, scu cultus primæ Tabulae, rebus quibuscunq; que non sunt Deus.

Sic Avarus est Idolatra. Eph. 5. quia amorem super omnia & fiduciam Deo debitam tribuit pecunie.

Inuocatio Sanctorum est Idolatria, quia Inuocatio tribuit omnipotentiam rei inuocatæ quod ubiq; adsit, & corda, ac cogitationes hominum inspiciat, quod est solius Dei proprium.

Qui bonis operibus & non soli CHRISTO attribuunt Iustificationem, sunt Idolatre, Quia honorem Redemptoris, Mediatoris, propiciatoris & iustificatoris, qui est solius CHRISTI proprius, tribuunt nostris sordidis operibus.

III. ALLIGARE DEVVM ad statuas aut alias res, ad quas se ipse non alligauit suo uerbo, ut procum bentes

I. P R A E C E P T I.

bentes ad statuas existimant Christum, uel Sanctos in hoc uel illo loco, ut Ierosolymis, Romæ, Loretu, Compostelle, magis exaudire & efficacem esse quam alibi. Hinc peregrinationes ad Sanctos ortæ sunt. Monachi alligant Deum ad sua Monasteria & commenticia opera.

III. ELIGERE CVLTVS sine uerbo Dei, & eis confidere, quod propter eos Deus sit propicius et benefaciat, ut in toto Papatu miseri homines con fidunt Missis, leiuinijs, Ceremonijs, Monachorum & similibus, sine uerbo Dei electis &c: Ex hac distributione uarietas Idolatriæ in mundo, ut cum que agnoscit potest.

CAVSAE efficientes sunt.

1. Diabolus ardens immanni odio Dei, & impellens hanc miseram hominis naturam ad execranda idola, ut Deum contumelia afficiat.
2. Mentis humanae cœcitas, & audacia discens à uerbo per Prophetas, & Apostolos tradito, & fingens opiniones, & cultus Dei suo arbitrio. Estq; hic unus & communis fons omnium idolatriarum, quod mentes humanae non adquisi scunt in uerbo Dei, sed putant sibi licere de Deo, fingere opiniones, & bono studio, ut dicunt, cultus instituere.

CAVSAE προκαταρκτικαι innumerabiles sunt, sed præcipue haæ sunt.

C 4

I. Impd=

VIRTUTES

1. Impatientia moræ in afflictionibus. Cum enim Natura humana in metu quæreat aliquod numen, à quo iuuetur, ut quisq; angitur, ita numen cœueniens suo timori sculptit. Cumq; Deus differt liberationem, queruntur inconcessa præsidia à Creaturis, à Diabolo, à Sanctis, aut organis Diableboli.

2. κακοζηλία

3. Adfectus.

4. Successus eorum qui colunt Idola.

EFFECTVS sunt magna moles peccatorum, & turpitudinum, quæ Roma. 1. recensentur. Item Poenæ atroces. Ac uniuersaliter Imperia propter Idolatriam, Tyrannidem et libidines mutantur.

MAGIA Vocabulum, dicunt Persicum esse & significare Sapientiam. Fuit autem Magia apud Persas, (ut Plato in Alcibiade definit, pag. 222:) doctrinæ deo nouo deo & deo paterne.

Nunc MAGIA uocatur Impium fœdus factum cum diabolo, plerunq; hac conditione. Ut homo se totum tradat in potestatem Diaboli, & uicissim certis ceremonijs ab eo res optatas consequatur.

SPECIES uariæ sunt, Necromantia, Hydromantia, Christallomantia, & aliæ, de quibus commentarium de Diuinationibus studiosi consulant.

SUPERSTITIO, est tribuere uim aliquam cuiuscunq; rei sine ordinatione diuinâ, & sine causis naturalibus. Ut superstitione est cum cæmonijs aut

I. P R A E C E P T I.

aut operibus, que ab hominibus excoxitata sunt,
tribuitur hæc uis, quod placent Deum, aut sunt
cultus Deo grati, aut mercantur remissionem pec-
catorum.

CVM TOT A prima Tabula & præcipue
cum secundo precepto pugnat BLASPHEMIA,
que est non solum maledictum aut conuicium ad-
uersus Deum, quo Deus contumelia adficitur, sed
etiam opinio & oratio de Dei essentia & uolu-
tate manifeste falsa & discrepans à norma uerbi
diuini.

SUPERBIA humilitati & uicinis uirtu-
tibus opponitur, & est sine timore dei, & sine
agnitione infirmitatis propriæ, se admirari, &
magnificere propter certas dotes, & proprias
pientia, sanctitate, & uiribus confidere, & alios
despicere, & cum accidenti aduersa irasci Deo
tanquam iniuste punienti.

Definitionem, et exemplum Superbie, Claris-
simum, & maxime illustre singuli in nobis ipsis
cernere possumus.

CAVSÆ EFFICIENTES sunt, DIABOLVS
qui initio primis hominibus adflauit superbiam,
& Ambitionem, ut discederent à Verbo Dei fidu-
cia propriæ sapientie, & Dei similitudinem ex-
peterent. Hinc in nostra corda cædem flamme su-
perbie sunt propagatæ, ut singuli uelimus inter
homines Diu esse, hoc est, antecellere alijs quoquo

C 5 modo

VIRTUTES

modo, & nostram authoritatem magnificeri &
alios nobis subiectos esse.

Huius mali autem in nobis causæ sunt.

x. Cœcitas Mentis non considerans propriam
infirmitatem, nec agnoscens Deum, autorem do-
norum, ut Ajax apud Sophoclem inquit: Ignavi iu-
uante Deo uincere solent. Ego uero etiam sine
Deo. Nabuchodonosor inquit: Hæc est illa Baby-
lon, quam EGO ædicauī &c.

Deinde in uoluntate & corde Naturalis Se-
curitas non metuens iram aut iudicium Dei, &
Philautia.

C A V S Η προκαταρκτικοῦ sunt res secun-
dae in quibus paulatim cura, inuocatio, & Timor
Dei languefiunt, & extinguntur. Quare cum
Timor Dei, qui ueluti custos est ceterarum uir-
tutum, remotus est, animi elati laxant frenos cu-
piditatibus, & multa audacter extra uocationem
fuscipliunt, Xenophon: Multo difficultius est res se-
cundas recte ferre quam res aduersas. Quia Res se-
cundæ in plerisque Superbiam, Aduersæ uero Mode-
stiam efficiunt.

MATERIA circa quam, sunt certæ dotes, ut
sapientia, potentia, doctrina. Et sicut Ebrij gemi-
nata obiecta intucuntur, ita superbi sua, si que ha-
bent, dona multa maiora esse somniant, quam re-
uera sunt. Pharisæus Luc. 18. superbit persuasio-
ne propriei justicie, & sanctitatis. Alexander Ma-

gnus

I. PRÆCEPTI

gnus insolecit propter potentiam et uirtutem,
Crassus propter diuitias. Puella propter formam
aut capillos elegantiores. Nos miseri Scholastici
propter qualemcumq; noticiam duarum aut triū
uocum Græcarum aut Ebraicarum insolecimus.

FORMA est ipsa definitio.

FINIS, ut alijs antecellamus, & tanquam Dij
colamur.

EFFECTVS sunt.

I. Multa magna peccata: Ecclesiastici 10. Initium
omnis peccati est superbia, nobiscum na-
scens.

II. Plereq; contentiones in Ecclesia & discor-
diæ, certamina ac bella in omni uita.

III. Horrende miserie ἐπισπασαι, in quibus
percundum est.

COGNATA sunt, φιλαυτία, Aemulatio,
Liuor, πολυπραγμοσύνη, Ambitio, Iactantia,
ὕρησις.

PUGNANTIA sunt, Humilitas, Timor Dei,
Modestia.

Finis primi Præcepti.

SECVN

VIRTUTES
SECUNDI
PRÆCEPTI
VIRTUTES.

- I. Vera Prædicatio.
- II. Inuocatio.
- III. Gratiarum actio, Glorificatio.
- IV. Confessio.
- V. Iusurandum.

I.

VERA PRÆDICATIO, est ueram de Dei Es-
sentia, & uoluntate doctrinam in Lege, et Euan-
gelio patefactam, uel in Ministerio publico, uel
alibi, pro suo loco, & uocatione, fideliter & pure
docere, & ueræ sententiæ corruptelas dextre &
constanter refutare.

Partes { Veram doctrinam { Legis
| Falsam eruditè refutare. } Sonare
| Euangelij }

EFFICIENTES.

1. Spiritus sanctus, Matth. 10. Non uos estis, qui loquimini.
2. Lingua est Cymbalum, resonans laudes Dei.

3. Nostra

II. PRÆCEPTI.

3. Nostra fidelitas sive ergo.
 4. Diligētia, Constantia dūnāmīc ērūnūvūnū.
- CAVSÆ Instrumentales, Dialectica, & Rhetorica.

MATERIA circa quam, Verbum Dei, seu doctrina Legis & Euangelij diuinitus patefacta,
1. Pet. 4. ἐξ τοῦ λαλῆσθαι λογία θεοῦ. Galat. 1. Si quis aliud Euangeliū prædicauerit. 2. Corinth. 5. Posuit in nobis uerbum reconciliationis. Rom. 10. Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus. Mat. 16. Euntes in Mundum uniuersum prædictate Euangeliū omni creaturæ.

FINIS {
1. Ut Deo obtemperetur.
2. Ut Deus recte agnoscatur.
3. Ut multi siant hæredes uitæ æternæ.
n.e. Ro. 15. Quæcūq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt. 2. Tim. 3. Omnis scriptura diuinæ utilis est ad docendum, arguendum, sanandum, erudiendum, ut perfectus fiat homo &c.

EFFECTVS. Vera agnitio Dei, Fides, Re-
missio peccatorum, Donatio Spiritus sancti, &
salus æterna. Rom. 10. Fides ex auditu est, Auditu
per uerbum Dei, Quomodo credent quem non
audiuerunt? Quomodo audient sine prædicante.
2. Corinth. 5. Posuit in nobis uerbum reconciliationis. Iohann. 17. Oro pro audituris. 2. Corinth. 3.
Fecit nos ministros noui Testamenti, non literæ, sed

VIRTUTES

sed Spiritus. Rom. i. Euangelion est potentia Dei
ad salutem omni credenti.

COGNATA sunt ceteræ virtutes.

PVGANTIA sunt omnes corrupteæ doctrinæ, Hæreses &c.

II.

VERA INVOCATIO DEI, est uirtus, quæ à
uero Deo patefacto in promissione Euangeli, &
misso Filio petit bona æterna, & præsentia, & re-
pugnans dubitationi certo statuit, nos exaudiri,
& bona optata impetrare, iuxta ipsius promis-
siones propter CHRISTVM Mediatorem.

PARTES sunt petitio, & gratiarum actio

SPECIES ueræ inuocationis nullæ sunt, nisi in
ardentem et languidam distinguas, secundum Ac-
cidentia.

Hæc ex E= Discernatur autem uera inuocatio à falsa, &
narratione semper in couspectu sit DVplex Dlscrimen, Prius
32. Capitis sumptum ab ESentia. Posterior A VOLuntate
Geneseos DEI. Ethnici, Turci, Iudæi, et omnes non recte in-
huc trans= uocantes, Etsi iactitant se compellare Deum con-
scripta ditorem cœli & terræ: Tamen à uero Deo aber-
funt. Quia negant hunc esse Deum conditorem,
qui se patefecit in uerbo per Prophetas & Apo-
stolos tradito, & misso Filio pro nobis crucifixo.
Deinde etiam uoluntatem Dei, de remissione pec-
catorum patefactam in promissione, et Filio Me-
diatore

II. PRÆCEPTI.

diatore ignorant. Vera autem inuocatio directa
est ad uerum Deum, qui se patefecit data pro-
missione de Christo, primis patribus, & misso Fi-
lio, & editis ingentibus testimonij, que in libris
Prophetarum & Apostolorum recensentur. Sic
IACOB ipsa compellatione uerum Deum à com-
mentitijs discernit, & mentionem facit promissio-
num, hæc uerba usurpans: D E V S patris mei A-
braham, & Deus patris mei Isaac, IEHOVA, qui
dixisti, &c. Id est, Inuoco te uerum Deum, patefa-
ctum aucto meo Abraham, & patri meo Isaac, et mihi,
edita promissione de benedicto Semine, et cer-
tis testimonij: Te oro, ut propter uenturum Se-
men, & propter tuas promissiones me ex hoc pe-
riculo eripias, ut te uere celebrem.

CAVSA Efficiens uera inuocationis, est Spi-
ritus sanctus, flectens mentem, ut adsentiat pro-
missionibus, & mouens uoluntatem, ut confidat se
Deo curæ esse, se regi, defendi, exaudiri, et iuuari
à Deo, & hac fide ad Deū accedat. De hac causa
dicitur Zach. 12. Effundam super uos Spiritum
gratiae, & precum. Rom. 8. Accepistis spiritum
adoptionis filiorum, per quem clamamus A B B A.
PATER. Rom. 5. Iustificati fide pacem habe-
mus erga Deum, per Dominum nostrum IHESU
SVM CHRISTVM, per quem etiam acces-
sum habemus fide. Iohel. 2. Effundam de spiritu
meo, super omnem carnem. Omnis qui inuocat
nomen

VIRTVTES

nomen Domini saluus erit. Galat. 4. Misit spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem ABB A PATER. Iohan. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & ueritate.

Προκύψμένη est MANDATVM DEI, præcipiens inuocationem, & PROMISSIONES: quod propter Christum Deo placeant nostræ preces, et certo exaudiantur.

MANDATA sunt, Luc. 18. Oportet semper orare, et nō defatigari. Mat. 26. Vigilate et orate. Psal. 49. Inuoca me. Matth. 7. Petite, & dabitur uobis.

PROMISSIONES sunt, Ioh. 16. Quidquid petieritis patrē in nomine meo, dabit uobis. Esa. 65. Antequam clamabit, ego exaudiām. Psal. 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum.

Necesse autem est, simul etiam promissiones bonorum spiritualium, & corporalium cogitatione completi, quales sunt. Viuo ego nolo mortem peccatoris &c. Cetera adiicientur uobis. Item, Non est inopia timentibus eum,

τροκαταφύγει est nostra ingens miseria, & infirmitas, quod ad animam, & ad corpus attinet: Pericula opinionum de Deo, morum, Ecclesiarum nostrarum, & politiarum, quæ nobis & pijs studijs hospitia concedunt: nostræ famæ, ualeutudinis, rei familiaris &c. Hæc pericula docent, nobis diuino auxilio opus esse, et impellunt, ut ad Deum uera

II. P R A E C E P T I.

uerā fide & iuocatione confugiamus. Ut Esias
46. Domine in angustia requisierunt te, in tribu-
latione iuocant te. Huc pertinent querelæ de
peccato & pœnis peccati in Psalmis sparsæ.

MATERIA iuocationis seu Res petendæ
sunt: BONA SPIRITALIA: Ut Remissio pecca-
torum, lux Spiritus sancti regens nos in omni-
bus opinionibus, consilijs, moribus & totius uite
actionibus: ET BONA CORPORALIA: Pax, ho-
nesta disciplina, Fertilitas terræ, Bona ualeudo,
uictus, Successus in uocatione, Defensio uite, cor-
poris & facultatum nostrarum &c.

FORMA Precationis ab ipso CHRISTO Mat.
6. & Luc. 11. proposita est. Sunt & eruditissimæ
precandi formule in Psalmis traditæ, quibus hec
quod, qua Iacob in hoc capite utitur, adiungi po-
test. Teneantur & alia formæ, quæ in locis reci-
tantur.

FINIS primus et principalis precandi pro-
positus sit, ut Deo debitum honorem tribuat, quod
in tantis nostris miserijs opem ferat iuocantibus
ipsum.

Deinde alia bona et liberationes ex periculis
animæ & corporis petendæ sunt,

1. Ut gloria Dei celebretur.

2. Ut Ecclesia seruetur. Hi duo fines in Psalmis
creberrime usurpantur.

D

Ac

VIRTVTES

Ac prior finis multas partes sub se complebitur.

1. Ut mirandæ liberationes testentur DEO curæ esse Ecclesiam.

2. Ut Blasphemi refutentur, qui desertis pijs uociferantur nihil esse prouidentiam, non esse ue-ram doctrinam Ecclesie.

3. Ut fides piorum confirmetur, quod Deus ue-
rè nos respiciat, uere exaudiat, & adsit opitula-
tor, etiam cum destituimur à causis secundis.

4. Ut cum hæc beneficia recitantur, multi a-
gnoscant Deum, & inuitentur ad amorem Dei,
& fidem.

5. Ut Gratiarum actione Deus celebretur.

Ita Iacob hoc loco precatur. Erue me de manu
fratris, ne interficiantur matres & filii. Tu locu-
tus es, te benefactum mihi &c. Id est, defende
& libera me ex hoc periculo, ne pereat Ecclesia
rectè te inuocans & celebrans, & ne tua gloria
deformetur. Tuæ enim ueritatis interest, Promis-
siones de defensione mihi traditas, constanter ser-
uare.

EFFECTVS INVOCATIONIS est exauditio
iuxta diuinæ promissiones, quæ bona Spiritualia
sine ulla conditione certo petentibus offerunt.
Sed bona corporalia cum exceptione Crucis &
castigationis pollicentur. Ac in periculis corpo-
ralibus semper inuocatio, uel LIBERATIONEM
uel

II. PRÆCEPTI.

uel MITIGATIONEM impetrat. Ut Iacob sua
precatione impetrat defensionem, ne à fratre
Esau opprimatur.

ADIVNCTA uel ADIACENTIA inuocatio-
nis sunt, FIDES & PATIENTIA.

Nam in omni prectione, quæcumq; res peti-
tur, necesse est prælucere FIDEM, quæ accipit
remissionem peccatorum, & statuit nos diligi à
Deo & inuocationem nostram exaudiri propter
Christum Mediatorem.

Deinde in ærumnis corporalibus, cum non sta-
tim impetratur liberatio necessaria est PATI-
ENTIA, que non frangatur mora, sed in Deo
placide acquiescat. Sæpe enim differt Deus libe-
rationes propter TRES CAVSAS.

1. Ut nostra constantia exploretur.
2. Ut constet nos immediate à Deo sine causis
secundis adiutos esse.

3. Ut Fides, & Inuocatio fiat ardenter, ut au-
tem Deus tarditatem supplicij grauitate compen-
sat: Sie dilata piorum præmia & in hac uita cu-
mulatius reddit, et postea æterno pôdere gloriæ,
(ut Paulus 2. ad Corinth. 4. inquit) compensat.

Cognata inuocationis sunt cæteræ uirtutes
primæ Tabulae.

Pugnantia sunt Inuocatio Ethnica, Turcica,
D 2 Idololatria

VIRTVTES.

Idololatrica, Iudaica &c, Itē Inuocatio hominum
mortuorum. Item Omisſio inuocationis.

III.

GRATIARVM ACTIO est mente & uoce
confiteri, quod non casu nec causis secundis tan-
tum bona nobis offerantur, sed quod Deus uerè
omnium beneficiorum autor sit & hac nostra con-
fessione alios homines inuitare ad agnitionem &
inuocationem ueri Dei, ut ipsi quoq; certo statu-
ant, pios Deo curae esse & uere exaudiri acce-
dentes ad ipsum fiducia Filij.

1. PARTES SVNT. Mente præsentiam et au-
xilium Dei agnoscere & conseruare.

2. Externa uoce profiteri & celebrare Dei
beneficia

CAVSAE EFFICIENTES principales eadem
sunt, quæ cæterarum uirtutum. Spiritus sanctus.
Testimonia uerbi diuini, quæ adfirmant non casu,
sed uerè à Deo nos omnia bona accipere. Deinde
ipsa beneficia Dei amplissima. Tertio mens, Vo-
luntas & uox humana.

CAVSA προκαταπτικὴ est Mandatum Dei.
Item, Noticia naturalis agnoscens copulationem
cause & effectus, & obligationem ad αὐτὸν.

CAVSA προκαταπτικὴ est immensa ampli-
tudo & uarietas diuinorum erga nos beneficio-
rum.

Materia

II. PRÆCEPTI.

MATERIA circa quam sunt beneficia spiritualia & corporalia.

SPIRITUALIA sunt.

1. Patefactio Dei.
2. Electio Ecclesiæ.
3. Missio Filij.
4. Donatio Euangeli.
5. Donatio Spiritus sancti.
6. Remissio peccatorum.
7. Liberatio à Tyrannide Diaboli & à morte eterna.
8. Vita eterna.

CORPORALIA sunt.

1. Vita.
2. Honesta disciplina.
3. Victoria.
4. Pax.
5. Bona ualeutudo.
6. Successus in administratione Politica, & Economico.
7. Defensio liberorum.
8. Defensio bonorum fortunæ, seu possessionū.
9. Fama.
10. Honestus locus &c.

FORMA in definitione expressa est.

FINES sunt.

1. Ut Deo obtemperetur.
2. Ut Gloria Dei celebretur.

D 3

3. Ut tec-

VIRTVTES .1.

3. Ut testemur uere nos Deo curae esse.
4. Ut Epicurei & Stoici refutentur, qui dispu-
tant casu uel causis secundis tantum offerri bona.
5. Ut fides piorum confirmetur.
6. Ut nostro exemplo alijs homines inuitentur
ad ueri Dei agnitionem & inuocationem.

PUGNANTIA sunt Ingratitudo, aut simulatio
& Hypocritica gratitudo. Ut Pharisei Luc.18.

III.

CONFESSIO, est constans & perpe-
tua uoluntas coram Deo et hominibus, ueram Eu-
angelij doctrinam profitendi, nec abiisciendi eam
propter terrores, odia, supplicia, uel alia pericu-
la, propter hunc finem, ut Deo obtemperetur, &
ne uera Dei noticia in terris extinguitur.

CAVSE autem considerentur que singulos
pios ad constantiam confessionis Euangelij exu-
scitare debent.

CAVSA προκαταβολή, seu Impulsua, est Man-
datum Dei, seuerissime præcipientis confessio-
nem. Matth.10. Qui me confitebitur coram ho-
minibus, confitebor & EGO eum coram Patre.
Deinde tanta turpitudo est πνωσσίας, ut fœ-
dissimo periurio nos polluat. Nam in Baptismo
& Cœna Domini nos tanquam sacramentis mī-
litaribus ad obedientiam & confessionem obliga-
tūmus.

II. PRÆCEPTI.

uimus. Cyprianus: Quoties sanguinem CHRISTI
bibo, toties paratus esse debo ad sanguinis mei
effusionem pro Christo.

FINES sunt.

1. Gloria Dei, ut Deus innoteſcat & celebreſ-
tur. Ac tota hæc uita hominum ideo consociata
est plurimis uinculis generationis, educationis,
contractuum, officiorum, ut in conuersatione offi-
ciorū mutua luceat confeſſio noſtra, ut ſcriptum
eft, Luceat lux ueſtra.

2. Ut Aeternam ſalutem retineamus. Rom. 10.
Ore fit confeſſio ad ſalutem.

EFFECTVS ſunt.

1. Confirmatio doctrinæ diuinitus traditæ, que
obſignatur ſanguine Martyrum.
2. Confirmatio Ecclesiæ & infirmorum qui de-
ſiderant exempla fortitudinis confeſſorum.
3. Testimonia de futuro iudicio & uita æter-
na.

FACVLTAS. Spiritus sanctus opitulatur in-
firmitati noſtræ, et addit nobis robur, ut poſsimus
iudicia Mundi, infamiam & corporum ſupplicia
perferre, uide poſtremam concionem CHRISTI
in Iohanne.

E X E M P L A.

Iohannes Fridericus Dux ſaxonie Elector.
Daniel inter Leones, Paulus, Omnes Apo-
ſtoli & Martyres.

D 4

Ignatius

V I R T U T E S

Ignatius cum in circo bestijs obijceretur,
Frangite me (inquit) & comminuite instar grani
ut fiam panis Christo gratus,

Laurentius in Craticula,

Attalus, Blandina, Agne &c.

Persecutiones Christianorum ante Constanti-
num Magnum decem numerantur,

Primam exercuit Nero. 6. Maximinus.

2. Domitianus. 7. Decius.

3. Traianus. 8. Valerianus.

4. Antoninus. 9. Aurelianu

s. Seuerus. 10. Diocletianus &

postea Licinius.

Cum autem ualde difficile & acerbissimum
sit, sustinere odia, exilia & cruciatus corporum
propter confessionem, omni cura θραυδελίαρ
fugiamus, sed antequam nos periculo supplicij ex-
ponamus, initio omni studio & diligentia operam
demus, ut ueram doctrinam recte cognoscamus,
nec falsa pro ueris amplectamur, nec periculum
propter falsas opiniones suscipiamus. Deinde ue-
ras sententias amplexi non abijciamus, nec prete-
xamus simulationi infirmitatem & prius etiam
cogitemus de patientia & constantia, ne, cum pe-
ricula fiunt propiora ancillæ, uoce frāgamur &
à uera confessione deficiamus.

P V G N A N T I A cum confessione sunt,
1. Anosorix seu defectio, seu negatio, ut Petrus
negat

II. PRÆCEPTI.

negat Christum, sed agit pœnitentiam. Julianus Imperator deficiens ad Ethnicos ideo dictus est Apostata. Et insignis levitatis exemplum recitatetur in Tripartita lib.6. Cap. 38. de Ecclolo Rhetore.

II. Impia pertinacia in causis impijs aut iniustis, ut Anabaptistarum.

V.

IV SIV RANDVM est inuocatio ueri Dei, qua petimus, ut sit testis nostri sermonis & punitiat fallentes.

Quod liceat iurare pijs, confirming expressa TESTIMONIA Deut. 6 & 10. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies & per nomen illius iurabis. Ebrae. 6. Omnis controuersiae finis est iusiurandum. Ierem. 12. Iurabunt uiuit dominus & non in Baal. ET EXEMPLA ipsius Dei, Christi, Pauli & aliorum. Psal. 110. Iurauit dominus et non pœnitabit eum. Ezech. 33. Viuo Ego, nolo mortem peccatoris &c. Hunc locum enarrans Tertullianus exclamat, O beatos, quorum causa iurat Deus, O miserrimos si ne quidem iuranti Deo credimus. Luce 1. Iusiurandum, quod iurauit Abraham. PAVLVS IVRAT Roma 9. & 2. Corinth. 1. ABRAHAM & ABIMELECH iurant Gene. 21. IOSEPH Gene. 42 & 47. Iosue 9. Iurauimus eis in nomine Dei Israël. In libris

VIRTVTES

Regum aliquoties repetitur hæc forma iuramenti:
Hæc faciat mihi Dominus & hæc addat. I.
Reg. 25.

PARTES Iuramenti sunt due, INVOCATIO
qua Deus citatur testis dictorum, IMPRE-
CATIO, qua nos fallentes et ipso teste ad pœnam
obligamus.

SPECIES legitimi & concessi iurisiurandi
due sunt.

Aut enim iuramentū est ἐπαντόριδ est imposi-
tum à Magistratu, cui obedientia debetur, de hoc
genere Isocrates ad Demonicum inquit, ὅρκος
ἐπαντόρι προσδέχεται διάδυνο προφάσει, καὶ σεαυ-
τόρι αἵτιας ἀισχράς ἀπολύων οὐ φίλας ἐκ κινδύ-
νων διασώζων.

Aut suscipitur cogente uocatione, ut uel no-
stram uel aliorum famam et uitam tueamur, ut
Paulus confirmat se uera docere allegato Deo te-
stē Roma. 9.

Cætera iuramenta omnia, quæ sine mandato
Magistratus & non cogente uocatione, sed pri-
uata futilitate sine necessaria causa, de re quali-
bet fiunt, scuerissimè prohibentur à CHRISTO
Matth. 5.

Etsi autem eo loco omnibus iuramentis sine
discrimine interdici uidetur: tamen intelligunt
pīj in Antinomijs scripturæ faciendam esse col-
lationem textuum & retinendam eam sententi-
am, quo

III. PRÆCEPTI.

am, quæ cum uniuersa scriptura consentit. Item
Generalibus sententijs derogari per speciales, &
id potissimum recipi, quod ad speciem directū est.

CAVSAE EFFICIENTES sunt. Mens intel-
ligens esse rem honestam, possibilem, necessariam,
de qua uult iurare, & uoluntas non coacta.

IMPULSIVAE sunt mandatum Dei, Manda-
tum Magistratus, aut iudicis, & uocatio.

MATERIA CIRCA quam sunt res honestae
non prohibite lege Dei, possibles que sunt in no-
stra potestate &c.

FORMA Iuramenti in definitione expressa
est. Et Matth. 5. Prohibentur aliæ formæ iurandi
per creature, cœlum, terram, & similes, quæ
non sunt in nostra potestate. Talibus inceptis for-
mis utebatur Julianus Imperator: sic sub iugum
mittam Persas: Ita quassatum recreem orbem Rō
manum.

FINES sunt.

I. Ut Deo debitus honos præstetur. Deut. 10. Iu-
rabis per nomen Dei tui, & non per nomen deo-
rum alienorum.

II. Ut ueritas confirmetur.

III. Ut innocentes per calumniant circumuenti
periculis liberentur.

EFFECTVS sunt premia, Αὐτῷ δὲ ἐνόπιον
γένεται μετόπισθεν αρείων.

CO

V I R T U T E S

COGNATA sunt uota, foedera, Promissa &c.
PVGNANTIA sunt, Sophisticæ & calumniose interpretationes iuramentorum.

IMPIA IVRAMENTA, quibus promittuntur res in honestæ & à Deo prohibitæ, ut Monachorum & Sacerdotum.

PERIVRIA, quibus tota uita plena est. Omnes homines uiolant iuramentum, quod Deo in baptismo prestiterunt. Et usitatisima sunt Magistratum & Mercatorum periuria. Ideo etiam horrendæ pœnae omnes homines in omnibus ordinibus obruunt. Punit enim Deus sui nominis contumeliam, quod ad stabilicnda mendacia transfertur &, quanquam aliquandiu in hac uita differt pœnas, tamen tarditatem supplicij tandem grauitate compensat, ut dicitur in Tibulli uersibus, qui ex Homero: d. sumpti sunt,
Ah miser & si quis primo periuria celat,

Sera tamen tacitis pœna uenit pedibus.

Ἐιπερ γάρτε δυτίν δύναμιος οὐκ ἔτέ λεσσερ,
Ἐκτε τὸ δὲ τελεῖ σύντε μεγάλῳ ἀπέτισσω
Σὺν σφῆσι κεφάλησι γυναιξίτε τεκέεσσι.

Finis secundi Präcepti.

TER

III. P R A E C E P T I.

TERTIVM PRAECEPTVM.

VT virtutes Tertij et Quarti præcepti contra modius distribui possint, utile est tenere hanc commonefactionem.

Alia præcepta Decalogi esse ABSOLVTA, quæ priuatam cordis obedientiam flagitant, quæ existere potest in hominibus solis & segregatis à communi hominum societate, ut Fides, Timor Dei, Inuocatio priuatim præstari possunt.

Alia esse RELATIVA, quæ uersantur in collatione certarum personarum et extra hominum societatem non possunt exerceri, ut 3. 4.

Facienda est igitur collatio DOCENTIVM & AVDITORVM.

DOCENTIVM Munera.

DOCENTIVM seu MINISTRORVM vir-
tus præcipua est FIDELITAS, quæ tria comple-
ditur, NOTICIAM ueræ doctrinæ de Deo, CON-
STANTIAM & DILIGENTIAM in omnibus mi-
nisterij partibus, quarum sex sunt.

Prima

VIRTVTES

Prima. Concio seu uera Prædicatio, de qua illa
Secundo præcepto aliquid dictum est. Tria autem genera concionum à Paulo 1. Corinth. 14. &
2. Timoth. 4. constituuntur, DOCTRINA,
EXHORTATIO, & CONSOLATIO.

DOCTRINA est aut CATECHESIS, hoc est, institutio proponens integrum corpus doctrinæ Christianæ constans præcipuis locis tanquam membris rectè inter se coagmentatis: Aut est INTERPRETATIO alicuius partis scripture, in qua hæc quatuor præstanda sunt.

I. Transferendæ sunt præcipuae partes ad locos communes, qui corpus doctrinæ constituunt. Et hi loci Methodica ratione explicandi sunt.

II. Monstranda est series partium.

III. Enarrandum est genus sermonis, uerba, phrases, figure, adhibitis linguis & artibus dicendi.

IV. Refutandæ sunt corruptæ ueræ sententiae.

Huius primi officij docentium necessaria ad minicula sunt Artes dicendi &, præcipue Dialectica, quæ monstrat uiam rectè, ordine, & perspicue docendi.

SECUNDA, Pars ministerij, est legitima administratio Sacramentorum, Baptismi et Coenæ Domini.

TERA.

III. PRÆCEPTI.

TERTIA, Annuntiatio remissionis peccatorum & Absolutio agentium pœnitentiam.

QUARTA, Visitare et consolari aegrotos, uel alijs doloribus & ærumnis conflictantes.

QVINTA, Excommunicare contumaces, qui externis & manifestis sceleribus cum prima uel secunda tabula pugnantibus polluti, non se emendant.

SEXTA, Exemplis omnium uirtutum Auditoribus prelucere, nec deformare ministerium scandalis doctrine aut morum, quæ uel deterrent animos hominum ab Euangelio, uel præbeant occasionem maledicendi Ecclesiæ, uel Altiorum peccatorum cause sunt.

AUDITORVM officia.

AUDITORVM & DISCENTIVM
bona opera hic precepta sunt.

DILIGENTIA in omnibus partibus ministerij tuendis, audire, discere, amplecti, & considerari Euangelij doctrinam, legitimè uti Sacramentis, honestate morum ornare professiōnem doctrinæ.

REVERENTIA erga MINISTROS
quæ tres gradus complectitur.

1. Agno-

V I R T U T E S

I. Agnoscere eos diuino ministerio fungi, & Deo gratias agere, quod ministrorum uoce sibi æternam Ecclesiam colligit. Ephe. 4. 2. Corinth. 5. Deus posuit in nobis uerbum Reconciliationis. Pro CHRISTO igitur legatione fungimur.

II. Obedientia in his, quæ ad ministerium pertinent, hoc est, ubi uerbum Dei postulat obedientiam, ut Lucæ 10. dicitur, Qui uos audit, me audit, uidelicet, cum Ministri proponunt præcepta Dei, annunciant consolationem Euangelij, adhortantur ad bona opera, excommunicant contumaces & ceteras ministerij partes obecunt, debetur eis obedientia, tanquam ipso Deo. 1. Thessal. 5. Eos, qui præsunt, diligite excellenter propter ministerium eorum et pacem erga eos tuemini. Ebræ. 13. Obedite doctoribus uestris & obtemperate eis, ut cum gaudio & non gementes suo munere fungi possint.

III. Επιείκεια non calumniosè deprauans rectè dicta & rectè facta piorum ministrorum & condonans eis aliquas morum infirmitates, quales sunt morositas, iracundia, superbia, intemperantia, πολυπράγμονος & similes nœvi. De his inquit CHRISTVS, Remittite & remittetur uobis. Item iubet nos mutuo pedes lauare.

COLLATIO facultatum ad alendos docentes in templis & scholis, de qua 1. Corinth. 9. prolixè dicitur, Dominus ordinauit, ut, qui Euangelion annunciant

III. PRÆCEPTI.

nunciant, de Euangelio uiuant. I. Timoth. 5. Qui
bene præsunt, duplii honore digni habeantur,
scriptum est enim: Boui trituranti os non obliga-
bis. Et CHRISTVS inquit Matth. 10. Di-
gnus est operarius mercede sua. Et iure diuino
Leuitis decimæ, primitiæ, & primogenita daban-
tur, Numeri 18. Deut. 14. 26. Exod. 23. Non
apparebis uacuus. Cumq; impossibile sit eos qui
sunt occupati publicis officijs seruire rei fami-
liari augendæ, debent ministris Ecclesiæ siue ex
priuatis collationibus, siue ex publico stipendia
curari. Et recte faciunt Principes cum
ad hunc usum opes cœnobiorum &
collegiorum transfe-
runt.

Finis tertij Præcepti.

II. TABV-

VIRTVTES
II. TABVLA.

SECVNDA TABVLA continet Leges, quæ sunt vimcula ac nerui uitæ Politicæ, in qua uult nos Deus uersari, ut ueram ipsius noticiam alij alij communicare possimus, & occasionem exercendæ fidei, Inuocationis, dilectionis & omnium cultuum quos in prima Tabula flagitat, haec beamus.

Cum autem optima Politicæ forma hic propo=natur, & hæ sententie 4. 5. 6. 7. & 8. Praecepti fontes sint omnium honestarum legum in volumenibus iurisprudentiæ congregatarum, ut retineant ac munitant politias, seu ciuilem hominum societatem; Initio propter studiosos uocabulum politie per usitatas quæstiones Methodi explicabo.

POLITIA, est legitima ordinatio certi cœtus hominum honestis legibus cum norma legis naturæ congruentibus, consociati, in quo per certos Magistratus legibus ordinatos, iuxta certas leges retinetur disciplina, & pax, propter hunc finem principalem, ut ciues sint quam beatiss: & quam maxime inter se amici, hoc est, ut doceri homines de Deo, & educari ac institui soboles, & colligi Deo æterna Ecclesia posse.

Partes

III. PRÆCEPTI.
PARTES SVNT.

Politia est ordo, τάξις.

PERSONARVM RERVM ut sunt,

Magistratus.

Ciues vel Subditi.

Maritus.

Vxor.

Parentes.

Liberi.

Aristoteles πολιτική.

1. Σοφία.

2. τέχναι.

3. ὕπλα.

4. Χρηματωρ

εὐπορία.

5. ἱεράτεια.

6. κρίσις συμφερόντων.

sunt,

1. Leges de Moribus
et de Pace.

2. Coniugia.

3. Rerum distinctio.

4. Successio.

5. Contractus.

6. Artes uitæ necessar.

7. Iudicia.

8. Poena legitima.

9. Defensio bonorum.

10. Bella legitima seu

Militia.

11. Schole.

12. Ecclesia.

SPECIES sunt tres præcipuae.

MONARCHIA seu Regnum est Politia seu
gubernatio in qua unus præfet, et iuxta leges re-
timet disciplinam, et pacem.

ARISTOCRATIA cum multi præstantes sa-
pientia et uirtute præsunt.

TIMOCRATIA.

Aristoteles hanc proprie nominat πολιτείαν.
cum multi præsunt.

VIRTVTES

Harum παρεκσαστησ seu defectiones aut corruptela sunt.

Tupavvies.

Oligarchia.

Democratia.

CAUSA EFFICIENS & conseruans Politias & ordinem politicum est D E V S, qui est custos societatis humanae, & ad supplicia rapit sceleratos turbantes societatem, iuuat etiam salutares gubernatores, & uult homines uiuere in politijs & obtemperare non solum Magistratibus, parentibus, preceptoribus quos cernimus, sed multo magis ipsi qui hunc ordinem sanxit.

Hæc doctrina de causa efficienti copiose illustratur in loco de Magistratibus & dignitate rerum politicarum.

MATERIA seu subiectum ordinis politici est cœtus hominis.

FORMA est τάξις seu ordo congruens ad normam legis nature.

FINES sunt.

1. Ut Hic ordo politicus sit testimonium de Deo & de Prudentia.

2. Ut Genus humanum hoc modo incolume & tranquillum conseruetur.

3. Ut in coetu & multitudine consociata, homines alij alios de Deo & de virtutibus, & de rebus bonis doceant, & communi uoce celebrent Deum & ostendant.

III. P R A E C E P T I.

& ostendat alij alijs exempla uirtutum & testi-
monia de Deo.

4. Ut in communibus periculis et laboribus po-
liticis exerceatur fides, inuocatio, confessio.

5. Ut Politicis officijs singuli proximo Dilectio-
nem declarent, & Deo gratos cultus praestent.
Nam hæc politica officia secundæ Tabulæ Deus
in omnibus Prophetis flagitat, & ceramonijs
longissime anteponit.

QVARTVM
PRAECEPTVM.

Honora Patrem & Matrem ut sis
longæuus super Terram.

Vt uirtutes quas Deus in hoc præcepto flagi-
tat facilius confisci possint, diſtribuam eas in
otto classes.

I. Explicatio uocabuli Honos.

II. De uirtutibus seu bonis operibus quartæ
præcepti, que ut commodius recenseri possint,
facienda est collatio personarum superiorum et
inferiorum, seu earum que præsunt, & que pa-
ren.

E 3

VIRTUTES

rent. Erit igitur secundum membrum, Doctrina de Officio Parentum & Liberorum.

III. De Officijs Maritorum & Coniugum.

IV. De Officijs Preceptorum & Discipulorum.

V. De Officijs Magistratum & Subditorum.

VI. De iudicium Officijs, seu de uirtutibus in iudice necessariis, quae partim ad hoc quartum partim ad octauum praeceptum referri debent.

VII. De Officijs Dominorum & Seruorum.

VIII. Virtutes quae in hoc precepto ab omnibus hominibus siue presenti siue pareant, superioribus & inferioribus pariter flagitantur.

I.

HONOR in genere est comprobatio alterius tribuens ei præstantiam & reuerenter se ei subiiciens, propter diuinum aliquod bonum: uel propter uirtutem eximiā, & merita: uel sapientiam & doctrinam excellentem: uel uoluntatem Dei præcipientis & iuuantis &c: & hanc opinionem seu reuerentiam externis signis declarans.

PARTES autem Honoris parentibus & Magistratibus debiti, octo sunt.

I. Comprobatio Rerum, hoc est, agnoscere totum ordinem coniugalem seu oeconomicum & politicum esse opera diuina, quae à Deo sint instituta & conseruentur, & in his lucere ac conspire.

III. PRÆCEPTI.

ci sapientiam Dei, iusticiam ac bonitatem erga genitum humanum.

2. Comprobatio Personarum, hoc est agnoscere = re ipsas Personas parentum, fidelium præceptorum, & salutarium principum esse. Dei munera & à Deo iuuari.

3. Reverentia amans ordinem Politicum, ac economicum, & personas, ac se eis subiiciens, & prædicans dona Dei.

4. Gratiarum actio pro his donis Dei.

5. Precatio ut Deus res ex personas, pios parentes & Magistratus seruet, regat & adiuuet.

6. Obedientia.

7. Candor & æquitas in legibus & actionibus Magistratum & Parentum iudicandis.

8. Entieinat aliquas infirmitates & noevos eis condonans.

II.

PARENTES LIBERI.

PIETAS est uirtus que parentibus & liberis & omnibus sanguine iunctis tribuit conuenientem honorem & officia debita.

Sunt autem OFFICIA Parentum que liberi debent, tria præcipue.

PIETAS que duas res complectitur: DISCIPLINAM, id est, honestam morum gubernationem, que fit per adsuetationem, admonitiones, quotidiana exercitia, tempestuas castigationes, & exempla. Deinde DOCTRINAM, seu Cultus

E 4 rams

VIRTVTES

ram artium bonarum quæ & ad formādos mores
& ad honestum in uita locum & uictum parana-
dum conducunt.

II. Νοθεσία κυρία, Institutio in doctrina Domi-
ni, hoc est, ut instillent mentibus liberorum ueram
Dei agnitionem & invocationem, current, ut libe-
ri libros sacros legant & integrā Ecclesiæ do-
ctrinam cognoscant.

III. NVTRITIO & Defensio liberorum, ad
quam naturalibus sop̄yās impelluntur, quæ qui-
dem ideo à Deo pectoribus parentum insitae sunt,
ut incitent ad sui & suorum conseruationem &
defensionem & sint uincula societatis humanæ, et
nos commonefaciant de uera & ardenti sop̄yā
eterni Patris erga suum Filium & erga nos.

OFFICIA Liberorum erga parentes una uoce
Honoris Deus complectitur, quam Ecclesia stieus
cap. 3. euoluit: Qui tinet Dominum honorat pa-
rentes qui se genuerunt, sermone, opere, ac paci-
entia.

Ac possunt officia liberorum uel iuxta partes
Honoris antea recitatas ordine recenseri, uel hoc
modo distribui.

I. AMOR et Reuerentia propter Decum se eis
subjiciens & letans si quando potest eis uolupta-
ti & ornamento esse, ut Epaminondas dixit se
hunc præcipuum suorum laborum fructum cape-
re, quod parētes sue gloriæ spectatores haberet,

2. Obe-

III. PRÆCEPTI.

II. OBEDIENTIA.

III. GRATITVDO seu officia pro nutricione debita seu ἀντίπελαργυρ. Ut Filia Cimonis patrem fame necandum uberibus alit.

III. PACIENTIA seu ἐπιεικεια tolerans parentum infirmitates & neuos, ut apud Liuium T. Manlinus Tribuno, qui patri in se afferrimo diem dixerat, cædem, ni sententiam mutet, minatur. Eoq; id laudabilius erat, quod animum eius, tanta acerbitas patria nihil à pietate auertisset. Cicero pro Cluentio: Non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam aequo animo ferre oportet.

Huc etiam φιλαδέλφια pertinet. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum.

III.

MARITORVM & CONIVGVVM Officia à Paulo Ephe. 5. Coloss. 3. 1. Timoth. 2. & 1. Pet. 3.

I. AMOR MVTVV ardens sine similitudine & coactione, SVAVIS sine morositate & fastidio, SINCERVS sine suspicionibus & pleonexia, qualis est, Inter Tiberium & Corneliam. Item, Inter Admetum & Alcestidem, inter Sulpitiam & Fulium Flaccum, inter Isaac & Rebeggam, inter Iacob & Rachel.

II. FIDES CONIVGALIS qua in mutuo amore adquiescant non adpetant alios vel alias.

E 5 Socie-

VIRTUTES

III. SOCIETAS seu communicatio Bonorum & erumnarum, ut Coniux Christierni Danorum Regis maluit Marito exilij socia esse, quam sine Marito domi in Regno florere.

IV. GENERATIO seu Officium coniugale I. Corinth. i. Vir debitam benevolentiam praestet Vxori.

V. DEFENSIO, Maritus promittit ei defensionem, quia ducit eam ab ara tanquam suppli- cem.

VI. Επιεικεια 1. Pet 3. Cohabitate cum scientia &c.

Omnis etiam piae matrone virtutes Paulus 1. Timot. 2. complebitur: sanctificatur mulier per Filiorum generationem si manserit in fide, dilectione, castitate, modestia qua continet Tempe- rantiam in cibo & potu, Moderationem in cultu corporis, uestitu, gestu, sermone, Sedulitatem in officijs & economicis.

IV.

PRAECEPTORVM virtus est Fidelitas qua duas res complebitur.

1. Mediocrem peritiam & prudentiam in stu- dijs & moribus adolescentum formandis.

2. Dili-

III. PRÆCEPTI.

2. Diligentiam in omnibus officijs partibus.
Duæ sunt autem partes officij præceptorum.
- I. DOCTRINA seu studiorum institutio.
- II. DISCIPLINA seu pia & honesta gubernatio morum.

DOCTRINA seu Institutio studiorum continet Σώματα, id est, rerum cognitionem, et Δύναμις ἐργασίας, id est, facultatem res animo conceptas propria & perspicua oratione explicandi.

Ad Rerum doctrinam discipulis instillandam pertinent.

1. Ordo in tradendis artibus, quæ ideo distributæ sunt, ut ordine docerentur homines de ijs reest. Et hoc consilio Gradus in scholis instituti sunt, ut Adolescentes ordine per artes uitæ necessarias ducantur. Primo discant pueri Catechesin seu Elementa doctrine de Deo, Grammaticam & Dialecticam, Arithmeticam et clementa Sphaerica, Epitomen Historiarum mundi. Postea Ethica, Physica, Mathemata percipiunt. Postremo in hisce inferioribus artibus, quæ superiorum fontes & adminicula sunt bene exercitati, Confirma to iam iudicio, totos se dedant artibus quæ uitam humanam gubernant & tuentur: Theologiae, Iuri, Arti Medicæ &c.
2. Prudentia & Dexteritas in tradendis preceptis

VIRTUTES

ceptis necessarijs, et adhibendis illustribus exemplis & spargendis in docendo illecebris ex quādam historiarum, sententiarum, fabellarum, dictorum & exemplorum uarietate, ut necessaria tantum & utilia in singulis artibus adolescentes discant, omīssis inanibus cauillationibus iuxta Seneca dictum, Necessaria ignoramus, quia non necessaria didicimus. Et ut ipsa rerum suauitate & usitilitate teneri animi inuitentur, & detineantur & se proficere aliquo modo intelligent.

3. Repetitiones & Examina quorum multiplex est neceſſitas & utilitas.
1. Diligentiam, intentionem animi & curam plene & integre cognoscendi ea quae traduntur in discentibus acuunt.
2. Continent cursum studiorum intra certas metas.
3. Adsuefaciunt discentes ut omīssis inutilibus & non necessarijs, discant necessaria & utilia.
4. Formant iudicium & acuunt ingenia.
5. Adiuuant memoriam, ut ea, quae didicimus, quotiescunq; reposcuntur, prompte & expedit redere possumus.
6. Profundunt ad facultatem eloquendi.
7. Medentur arrogantiae.
8. Adsuefaciunt animos ad humanitatem & coruoxivitatem.

Ad facultatem latine & perspicue animi sensa ex-

III. PRÆCEPTI.

sa explicandi & orationem discipulorum for-
mandam pertinent.

1. Diligentia & Dexteritas in præceptis ar-
tium dicendi perspicue tradendis, & monstra-
re præceptorum usū, tum in disertorum scriptis
recte intelligendis, tum in materijs, quæ nobis dia-
cenda uel scribenda proponuntur, rectè, ordinè
& perspicue explicandis.
2. Exercitium latine loquendi in consuetudi-
ne familiarī, in docendo, in declamando.
3. Assidua styli exercitatio & scriptorum e-
mendatio.

DISCIPLINA, id est, honesta & pia morum
gubernatio duabus partibus constat, quarum pri-
or est, Pietas erga Deum, quæ totius reliquæ di-
sciplinæ fundamentum est. Altera uirtutes se-
cundæ Tabulæ necessariae & ad obeundam uoca-
tionem, ut Sedulitas, Diligētia, & ad cupiditates,
adfectus ac externorum membrorum motus ac-
quentes ita regendos ac moderandos, ut in cœtu ui-
liorum infirmitates ferre possumus, quales sunt
ha ferè, de quibus in sequentium præceptorum
Decalogi enarratione commone factio[n]es traden-
tur, Modestia, Verecundia, Obedien-
tia, Veritas, Gratitudo, Ciuitas, Hu-
manitas, Mansuetudo, Linguae Mo-
deratus

V I R T U T E S
deratus Vusus, Candor, Pacientia,
Temperantia, Castitas, Iusticia &c.

Ad Pietatem, hoc est, ueram Dei agnitionem, Inuocationem & Timorem Dei, qui cæterarum uirtutum custos est, animis puerorum instillandum prodest eos adsuefacere.

1. Ut mane cum è lecto surrexerunt legant à liquid in Biblijs, & adiungant precationem.

2. Ut cibum sumpturi, & à cibo recitent precationem, & gratiarum actionem.

3. Catechesin, seu Elementa doctrinæ de Dei essentia & uoluntate diligenter discant, & tanquam regulam ac normam uitæ et morum sibi sequenda esse statuant.

4. Diebus Festis intersint publicæ congregatiōni in templis, utantur Sacramento, & contul-
gant ibi suas preces cum Ecclesia Dei.

Ad cæterarum uirtutum exercitia, Quatuor modis seu instrumentis adolescentes à præcepto-
ribus inuitari, & impelli oportet.

1. Doctrina seu admonitionibus & præceptis uerbi Dei, honestarum legum, & doctrinæ Ethicæ ac Politicæ.

2. Exemplo suo, hoc est, omnium uirtutum ex-
emplis præceptor discipulo prælucceat, ut in 5. de-
legibus Plato inquit, Optima adolescentum nō
dicit, id est, adsuetatio ad uirtutem est; non mo-
nere

III. PRÆCEPTI.

nere multa, sed ut quæ mones in omni uita ipse facere uidearis, & Ouidius: Sic petitur censura, & sic Exempla parantur, Cum iudex, alios quod monet, ipse facit.

Deinde exemplis uirtutum & uiciorum & horribilium pœnarum, quæ uiolationem disciplinae comitantur, in libris historicorum propositis.

3. Præmijs & castigationibus seu pœnis.
4. Tollendis occasionibus delinquendi, ordine lectionum et exercitiorum, et laborum, contineat domine in loca impudica aut prava sodalitia incedant, uitare peccata est uitare occasions pecatorum,, id est, congruentias personarum, locorum, Temporum, quæ uiam præbent delinquendi.

DISCIPVLORVM VIRTUTES
et officia pleraq; ex correlatiui explicatione intelliguntur, cætera hoc modo possunt recenseri.
1. Ad bonam indolem seu ingenium mediocre accedat amor literarum, et præceptorum.
2. Studium & Diligentia, quæ est & prudenter in perspiciendo fine discendi & medijs ad illam finem recta ducentibus, & intentio ac assiduitas animi in medijs illis parandis & ferendis.

Finis autem principalis, ad quem omnes discendi labores à discipulis referri debent est Gloria.

VIRTVTES
ETIÆ DEI & salus Ecclesiæ ac Reipublicæ.

Media ad hunc finem recte ducentia, à pru-
denti Præceptore monstrantur, Videlicet ante
omnia petitio auxilij diuini. Deinde ordo in disce-
dis artibus necessarijs, Examina, Disputationes,
styli & declamandi exercitium.

Discipuli officium est in hisce medijs parano-
dis adhibere curam, attentionem animi, cogita-
tionem, uigilantiam, assiduitatem, laborem &c.

De hisce duabus primis partibus officij discen-
tium præclaræ extant sententiæ apud Platonem
in Thæteteto & in Hippia Minore, πολιτεῶρ ἔ-
inquit, Discipulum debere esse φίλα μαθητῶν, φίλο-
κορ, ἔκτητικόρ cupidum discendi, & audiendi
& interrogandi & audita inquirendi ac cogitan-
di. In Thæteteto tanquam pestem perniciosissi-
mam cauere iubet ne simus αὐτοδιδάκτοι Pag.
83. οὐδέ γίνεται τῷρ τοῖστῷρ ἐτερῷ Θέτερός
μαθητής ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύουνται οἱ πόθερ
ἢ τύχοι ἔκαστοι αὐτῷρ ἐνθεσιάσσου ηγῆ οἱ ἐτε-
ροὶ τῷρ ἐτεροῦ οὐδὲμιν ἡγεται εἰδένεται.

3. Obedientia sine significatione contumacia
& in honesta gubernatione morum & in ratione
discendi à fido & prudenti præceptore præscri-
pta.

4. Gratitudo qua uiciissim Præceptoribus quo-
rum

III. PRÆCEPTI.

rum labore, fide ac liberalitate, ueritatem ac re-
ctam doctrinam & uirtutem accipiunt, debitam
benevolentiam ἀντίδωρα pro facultatibus red-
dant, Euripides. ὅνκοῦρ πονέμε Χρῆ πονοῦντα
διάξιοι μισθόρ λαβέσθαι τε, Aristoteles, τοις
φιλοσοφίας κοινωνίασι τιμὴ ισορροπθεὶς
ἄμ γένοιτο, ἀλλὰ οἰκανάν ωσπέρ πρόσθεούς τοῦ
ἔνδεχόμενοι.

V.

M A G I S T R A T U S est gubernator Dei
ordinatione constitutus, ut sit Nutritius Ecclesie
Dei, & Scholarum, et sit Custos disciplinae ac pa-
cis iuxta Leges naturae & congruentes leges, &
sit executor legum, puniens poenis corporalibus
contumaces, & defendens contra iniustam uio-
lentiam obedientes.

PARTES sunt, θεμάτηρορ βασιλεὺς τυρα-
νὸς κρατερὸς τῶν χιλιτόν.

SPECIES sunt, Rex, Princeps, Senator, Iudi-
ces, Prætores &c. & in singulis formis πολιτε-
ῶν et Rebuspub: diuersis uariæ distributiones or-
dinum, Magistratum & officiorum fuerunt, ut
Rome: Dictator, Consul, Senator, Prætor, Tribu-
nus &c.

CAVSA EFFICIENS, instituens & appro-
bans politicum Magistratum est ipse D E V S, ut
Rom. 13. & in Daniele ac Proverb. & alibi testi-
monia plurima comprobant, que infra in loco de

F

Magis

VIRTVTES

Magistratibus collecta sunt, ut Hesiodus εκ δι θεοντος εστιν, Item Homerus τημη Δεκαδιογέσιν. Plato in IIII de legibus, ubi non Deus sed mortalis aliquis regit non est malorum et aerumnarum effugium.

MATERIA CIRCA quam, sunt omnes partes politicæ societatis supra commemoratae, ut Leges, Coniugia, Contractus, Iudicia, Poenae, Defensio, Bella etc.

FORMA in definitione expressa est.

FINIS est communis utilitas Ecclesiae, Scholæ, Politice Societatis et omnium eius partium.

Vt enim iuxta Ciceronem gubernatori cursus secundus, Medico salus, Imperatori uictoria, Sic Moderatoci Reipub. beata ciuium uita proposita est, ut Opibus firma, Copijs locuples, gloria ampla, uirtute honesta et ueræ Dei Ecclesiae hospitium sit.

EFFECTVS seu OFFICIA Magistratum præcipua sunt.

I. Sit Nutritius fouens Ecclesiæ Dei, et scholas, prohibeat externas blasphemias, tollat impios cultus, et curet proponi ueram de Deo doctrinam, et erudiri populum de ueris cultibus.

II. Sit custos Decalogi, quod ad externam disciplinam attinet, et tanquam Vicarius Dei sonet uocem legis Moralis, et iuxta eam subditos regat. Vult enim DEVS congruere genus huma-

num

IV. P R E C E P T I.

num cum sua sapientia et iusticia.

III. Sit custos etiam suarum legum positiorum, quae sunt tanquam adminicula seruandi legem naturae vel Decalogum &c.

IV. Sit executor Decalogi, & suarum legum, hoc est, exerceat iudicia & paenit corporalibus contumaces puniat. Non enim frustra gladium gerit, sed Dei minister est. Et Aeschines inquit: Nullam esse utilitatem ciuitatis, quae non habeat neruos aduersus delinquentes.

V. Sit Custos pacis defendens corpora & facultates subditorum contra iniustum uiolentiam depulsis latrocinijs & hostibus. Ut Alfonsus PRO LEGE & PRO GREGE. Achilles in 9. Iliad. Ὅρνις ἀπῆσται νεοσοίσι προφέρκοτι μάσακ ἐπει κελ ἀσησι πακώς δ' ἄρα οἱ πέλαζαι τιτῆ, ὡς ηγέως τολλής μεν αὐπνυθε νύκτας ιάνορ, ἡματα δι αματσεντα διέπεντορ πολεμίζων.

VI. Sic γεώργιο, paterno animo prospiciat de uictu subditorum, ut Ioseph. Foueat culturam terrae, non deglubat subditos immoderatis exactionibus, ut Tiberius dicere solitus est, Boni pastoris esse, tondere pecus non deglubere. Et apud Danieliem pingitur Princeps, ut Arbor sub qua subidi pascuntur &c.

COGNATA, Paterfamilias, ut dicitur Bonus Princeps nihil à bono patre differt. Item, Gubernator Ecclesiasticus, qui tamen certis & accuratis limitis

VIRTUTES
tis limitibus à Magistratu politico secernendus
est.

PUGNANTIA sunt AVOPHICIA, Tyrannides
etc.

SUBDITI uiciissim Magistratibus debent Ho=
norem & Obedientiam. Ac de octo Officijs, quæ
uocabulum Honoris complectitur, supra primo
loco dictum est.

OBEDIENTIA autem Magistratibus debita
seu πειθαρχia, quæ uerè est, ut in Xenophonte
dicitur μεγιστροφη, hæc officia continet.

I. Voluntatem ultro et uero studio subijcien=

tem se Magistratui propter Dcum.
II. Reuerentiam & Amorem erga Magistra=

tus, ut dicitur Proverb. 4 2. Time Dominum fili

mi, & Regem. Item Rom. 13. Cui timorem, timo=

rem.

III. Omnia officia externa honestis legibus di

uinis, & positius mandata.

IV. Opera Militiae Togatæ & bellicæ quæ ad

defensionem publicæ tranquillitatis Ecclesiæ &

Reipub. suscipiuntur in administratione forensi,

in scholis, in acie &c.

V. Tributa, hoc est, collationes pecuniae ad con-

seruationem gubernationis, iudiciorū & publicæ

pacis, ut dicitur Cui φόροι φόροι, id est, ordinari

arias pensiones, Cui τέλα τέλος, id est, uectigal

quod datur propter transvectionem.

Etsi

IV. P R A E C E P T I.

Etsi autem horribiliter peccant Magistratus cum iniustis & immoderatis expilationibus subditos excruciant & deglubunt, tamen ut cetera peccatorum pœnae, sic ista quoq; onera tolerentur nisi atrox iniuria accedit, que sine peccato ferri non potest. Tunc enim non solum non necessaria est obedire, sed etiam defensio subditis contra Magistratum concessa est.

VI. Meta obedientie obseruetur ordinata in hac Regula prouerb. 24. Time Dominum Fili mi, & Regem. Oportet enim D E O magis obedire quam hominibus. Quare cum mandata Magistratum, cum legis diuinæ prima uel secunda Tabula pugnant, nullo modo obtemperandum est, Ut etiam apud Platonem Socrates inquit πείσομαι τῷ θεῷ μαλλον ἡ ὑμῖν.

Et in Phoenissis Eurip:

Κρεπιδῶτες ταῦτα λέμενοι δικαιορεῖται πονεῖται.
Αντίτιθονται δὲ κακῶς διεργάμενα. Et
in iphigenia, obtemperabimus Atridis honesta im-
perantibus, si uero in honesta præcipient recu-
sabimus obedire &c.

VI.

I V D I C U M O F F I C I A .

IVDEX est Persona à Deo ordinata ut audita utraq; parte, et explorante cognita causæ ueritate,

F 3 iuxta

VIRTUTES.

iuxta honestas leges Ius dicat, hoc est, pronunciet cuius causa iusta, cuius iniusta sit, & qua poena fontes pro delictorum quantitate afficiendi sint.

Sunt autem quatuor cause FINALES Iudiciorum ciuilium.

I. Quia Deus uult discerni iustos ab iniustis, ut intelligamus qualis sit ipse, uidelicet, iustus & uirtutis amans. Ideo omnes naturas cum norma suae iusticie pugnantes uult puniri & destrui, Bonos uero uult defendi & conseruari.

II. Ut commonefaciamus de Dei iudicio quod & in hac uita declarat.

1. Quia inseuit mentibus noticiam discriminis honestorum & turpium & addit carcerem conscientie & dolores qui scelera comitentur.

2. Quia regulariter atrocias delicta atrocibus poenis in hac uita uel immediate, uel per legitimos iudices punit & post hanc uitam perspicue ostendet, cum iuxta unam normam a se proposi tam, Omnes in hac uita ad Filium Dei fide conuersos aeternis premijs ornabit & omnes qui a spernati sunt Filium Dei, in aeternas penas abij cit.

III. Vult Deus disputationem forensem esse exercitium discipline, & multarum uirtutum in iudice & litigantibus, uidelicet, Reuerentie erga leges,

III. P R A E C E P T I.

leges, obedientia, ueritate studij, pacis publicæ
III. Ut pax publica conseruatur controvera-
sijs compositis iusticia, & legibus.

VIRTVTES autem in iudicibus necessarie,
2. Paral. 19. Deut. 17. Exod. 23. recitantur.
I. Timor Dei, de quo supra in primi Præcepti enarratione dictum est.
II. Diligentia in causa accurate cognoscenda & utraq; parte audienda, ut lege Attica dicebatur, ὅμοιως ἀμφοῖρ ἀκροσθίαι, Item μήτε δίκηρ δικασθεὶς πειρ ἀμφοῖν μῆδον ἀκόσηε.
Deut. 17. Audiens inquiras diligenter.
III. Peritia iuris, ut in genere de omnibus rebus iudicare debent earum periti, Plato in Læchete, ἐπισήμη δεῖ κρίνειν ἀλλὰ οὐ πληνει. Item μηδέ ποτε κρίνειν ἀδικύμονας, ἄνθραξεάσῃς.

IV. Euvorūia. Iusticia inflectens sententias ad normam legum ut pro Cluētio inquit Cicero, Est sapientis iudicis semper, non quid ipse uelit, sed quid lex & religio cogat, cogitare, Xenophon: παθεῖ α. Σὺν τῷ νομῳ ἐκέλευε δεῖν τὸν Δικασὴν τὸν φίλον τιθεσθαι. τὸ γὰρ νόμιμον δίκαιον δναι. Reprehendit enim Magister, Cyri adolescentis iudicium, qui cogitans unumquemque debere uestem suo corpori aptam habere absoluerat puer-

VIRTVTES

rat puerum grandiusculum apud se accusatum,
propterea quod alteri minori prolixiorum ue-
stem eripuisse, & suam breuiorem tanquam ad
modum corporis illius magis congruentem, trāe-
didisset.

V. Equalitas erga omnes iuxta unam nor-
mam uitans προσωποληψίαν, hoc est, persona-
rum acceptio[n]em, quae est tribuere aequalibus in-
aequalia et inaequalibus aequalia. Hanc uirtutem
precipue requirit Deus a iudicibus propter hac
etiam causam, ut agnoscamus ipsum esse aequalem
erga omnes aequaliter se habentes, hoc est, non re-
cipere quenquam aut abijcere, nisi iuxta unam
normam quam proposuit, uere recipit omnes con-
fugientes ad Filium Mediatorem, uere abijcit o-
mnes non confugientes &c.

VI. Iusticia uitans δωροφάγια ut in 4. uer-
rina. omnium rerum turpisimum maximeq; ne-
farium est ob rem iudicatam pecuniam accipere,
precio habere addictam fidem ac Religionem.
Meminerint autem studiosi historiam de pena
Sisamnis δωροφάγων iudicis quae extat in V. Hero-
doti.

VII. Et uocat eum auctor uerina
DOMINORVM & Seruorum officia recen-
sentur Ephe.6. Coloss.3. Tit.2. 1.Pet. 2.
Virtutes

III. PRÆCEPTI.

VIII.

VIRTVTES QVAR-
ti præcepti, quæ ab omnibus homini-
bus siue præsent, siue pareant,
superioribus & inferiori-
bus pariter flagi-
tantur.

- I. Iusticia uniuersalis, Obedientia.
- II. Iusticia Particularis Distribu-
tiua & huius species.
- III. Sedulitas.
- III. Gratitudo.
- V. Pietas erga Paretes, et in genere
φιλοσοφία.
- VI. Modestia & uicina Adpetitio
Gloriae.

I.

IUSTICIA VNIIVERSALIS pro-
priissime definiendo est vniuersalis obedientia
Deo debita, congruens ad normam totius Decalo-
gi seu legis naturæ diuinitus insite nostris menti-
bus in prima conditione, ut agnoscamus qualis sit
ipse Deus, & quibus officijs uelit coli. Hæc defi-
nitio ad usitatissimam in Prophetis phrasin con-
uenit,

F S

VIRTVTES

uenit, Facere iudicium & iusticiam, id est, prohibita in lege Dci uitare, & obedientiam in lege Dei mandatam præstare. Ita congruit cum uocabulo dilectionis Dei, quæ (ut Roma. 13, dicitur) est impletio legis, & ad primum præceptum referri potest.

Sed usitata definitio Ethica seu Aristotelica magis ad Quartum præceptum congruit. IVSTICIA VNIVERSALIS est obedientia erga omnes leges in societate politica, quæ honestis legibus regitur.

Hæc primum debet esse in Magistratibus seu Gubernatoribus, ut iuxta honestas leges regant mores subditorum, defendant bonos, & puniant iniustos, ut Augustinus, Constantinus, Justinianus & ceteri boni principes iuxta leges honestas & ciuibus utilles regunt subditos, & bonos defendunt. ut Constantinus homines pios & innocentes contra Licinij collegæ crudelitatem defendit, & puniunt iniustos, ut homicidas, adulteros, fures, periuros &c.

Deinde sit Iusticia uniuersalis in subditis, ut iuxta omnes leges obtemparent, ac ut in Quinto de legibus Plato inquit, glorioius sibi esse ducant reliquos ciues obedientia erga leges, quam certamine olympico vincere.

Gradus autem obedientiae subdiorum supra recitati sunt.

Plato

III. P R A E C E P T I.

Platonis definitio quam in Quarto πολιτα-
ρῷ recitat, fontem ostendit externae obedientiae
erga leges, uidelicet ἐμονία seu congruentiam
trium præcipuarum virium hominis, ut uidelicet
inferiores vires ἡγεμονία seu menti obtempe-
rent, & hoc accommodat dictum τὸ τὰ εὐτοῦ
πράττειρ καὶ τὴν πολυπεγαμονέρ διαισθών
τοῖς τοῖς. Sed hec ex usitata doctrina Ethica & po-
litica sument, qui uolent.

SPECIES IVSTICIAE VNIVERSALIS, sunt
omnes ceteræ uirtutes quatenus in politica socie-
tate erga homines exercentur.

CAVSAE EFFICIENTES Principales sunt.

I. Mens recte iudicans seu leges naturæ diui-
nitatis menti insitæ, congruentes cum diuina men-
te.

II. Voluntas libere, constanter & firmiter
bediens legibus naturæ, et imperans externis mē-
bris, ut congruant cum norma legum naturæ, &
cum legibus Magistratum.

Συνάρτια sunt præcepta legum scriptarum
& Doctrina quæ illustrat leges naturæ. Item Na-
turalis inclinatio bona, & disciplina seu Adsu-
factio, ut dicitur ἀδικ.η. & πολιτικῶν. δίκαιοι
γίνονται φύσα, διδαχῇ, ἔδει.

MATERIA IN qua Iusticia & uoluntas hu-
mana, cor, & externa membra.

MATERIA

VIRTUTES
MATERIA circa quam sunt omnium uirtutum obiecta.

FINES sunt.

I. Ut Deo obtemperetur.

II. Ut hæc ciuilis hominum societas conseruetur & tranquilla sit, ut in Protagora dicitur: θεός δέ σας πολὺ τῷ γένει ἀνθρώπων μη απολοτο πᾶρ, θωρῆται ἀνθρώποις, Αἰδώτε καὶ Δίκην, ἵν εἰν πόλεωρ κόσμοιτε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοὶ. & in Quinto de legibus nominat iusticiam ἔρμα πόλεως.

III. Ut pœne & Tragice calamitates uidentur. Nam ut in Terpsichore Herodoti dicitur, Οὐδεὶς ἀνθρώπωρ ἀδίκων τίσιν διποτίσει.

IV. Præmia præsentia & eterna. Hinc Regula naturæ, Iustis debet bene esse, iniustis male. Euripides in tragœdia cui titulus est Iphigenia in Aulide, εἰδὲ τοῖς θεοῖς δίκαιος ὡρ ἀνηρ σύγε, ἐσθλῶρ κυρῆσεις &c.

V. Tranquillitas & læticia conscientiae propriae.

VI. Gubernatio & protectio diuina. Οὐ γὰρ δὴ ἕπόγε θεός ποτὲ ἀμελεῖται, οὐδὲ ἄμπεο προδύ μεῖσθιον ἐθέλει δίκαιος γίγνεσθαι, ηγέτεις δέον δύνατος ἀνθρώπῳ δύμοις θέσθαι, ut Plato πολιτεῖωρ ultimo scriptum reliquit.

PUGNANTIA sunt, omnium uirtutum extrema,

III. PRÆCPTI.

ma, & præcipue Tyrannis & Injusticia Gubernatorum. Item Peccata omissionis adfectatæ in gubernatione, defensione bonorum & pœnis scelerum. Contumacia seu contemptus superiorum Magistratum & legum. Seditio quæ est motus subdiorum contra Magistratum factus principiter rapiendi & mutandi imperij causa, non propter necessariam defensionem aut iustum dolorum. Item superstitionis uel impia obseruationis quarumlibet legum.

II.

IVSTICIA DISTRIBVTIVA est uirtus quæ discernit gradus personarum et officiorum in uita, & seruans conuenientiam personarum & officiorum, idoneis aptas functiones et singulis conuenientem locum & honorem attribuit.

Eruditiss: autem hæc definitio explicatur in enarratione III. capituli Quinti Ethicorum, unde cætera auditores petent.

III.

SEDVLTAS est species iusticie distributiva, suam cuique functionem in uita attribuens, & diligenter, fideliter, ac constanter propter Deum et communem salutem faciens labores suæ functionis, seu uocationis proprios ac necessarios.

PARTES sunt.

I. Propriam functionem seu uocationem agnoscea

V I R T U T E S
gnoscere & intelligere quæ sunt præcipua, iusta
& necessaria uocationis officia.

II. Diligentia, quæ est et prudentia in pro-
spiciendo fine uocationis, ac medijs ad finem rea-
cta ferentibus, & intentio animi ac adsiduitas in
medijs illis parandis & tuendis. Ut Diligens
SCHOLASTICVS est, qui cernit finem studio-
rum principalem, uidelicet gloriam Dei, & uti-
litudinem Ecclesiæ, Reipub. ac priuatæ uite.

Deinde intelligit Fines immediatos studiorū,
esse cognitionem Dei et aliarum rerum bonarum,
& Facultatem eloquendi, σύνεσιν καὶ δύναμιν
ἐργαζευτικήν.

Tertio prospicit media ad istos fines rectè du-
centia, uidelicet ordine discere precepta artium
utilia ac necessaria, Catechesin, Grammaticen,
legere pauca & utilia bona scripta in singulis
artibus, suscipere exercitationes latine loquendi
& scribendi &c.

Quarto in istis medijs parandis adhibet at-
tentionem animi, curam, cogitationem, laborem
etc. non est oscitans non ignauus in laboribus stu-
diorum.

Quinto præstat assiduitatem. Ut Apelles in
sua arte nullam diem præterire sinebat, qua non
aliquid suæ artis opus faceret, πάντα γέται
ἔνδελεχ εἰς τὰ μῆτον οἴται πράγματα, ut in-
quit Menander.

3. Pars

III. P R A C E P T I.

III. Pars Sedulitatis est Fidelitas que & no-
ticiam seu peritiam officiorum suae uocationis &
diligentiam in obcundo officio, & constantiam
complectitur.

III. Propria uocationis officia facere, & non
irrumpere πολυπραγμοσύνη in alienam functio-
nem. ut Scholasticus discat & doceat. Conciona-
tor prædicet paenitentiam & remissionem pcc-
atorum in nomine CHRISTI, non regat curiam
& iudicia, non habeat alterum pedem in sugge-
sto, alterum in castris uel curia. De hac parte
Paulus 1. Thessa:4. præcipit. In hoc sitis ambitiosi
ut quieti sitis, & faciatis propria & laboreatis
manibus uestris.

V. In propria uocatione tantum NECESSA-
RIA facere & præsertim in maioribus rebus ni-
hil mouere non prorsus necessarium, ut dicitur
Quæ tibi præcipio hoc tantum facito, non addas
aliquid neq; minus. Feceris haud quidquam nisi
quod fecisse necesse est. Quamq; dedit, norma est
una sequenda, Deus.

CAVSÆ EFFICIENTES sunt, Mens cogi-
tans mandatum Dei, quod singulis præcipit ut in
sua uocatione strenue laborent, Ge.3.1. Thes.4. Et
Hesiodus, ἐργάζεται νήπιε πέρον ἔργα τὰ τὸν θρό-
νον: θεοὶ διετέλεσαν. Item cogitans promis-
siones de successibus et fructibus laborū 1. Cor. 15.
Labor uester nō erit inanis in Domino. Io. 15. Fru-
stum multum feret &c. De-

VIRTVTES

Deinde uoluntas imperans Menti et externis
membris, ut actiones uniuscuiusq; muneri conue-
nientes suscipiant.

Vt autem bona et salutares sint nostrae actio-
nes et prospere ac felices successus, necesse est
accedere auxilium Dei, χωρὶς θεῷ γῆρανδὲπ ἐν-
τυχεῖ. Et θεῷ μὴ διόντος ὅνδὲπ ιοχύει πόνος
Et de causis actionum humanarū Plato in Quar-
to de legibus ait, θεός μὲν πάντα κοῦ μετὰ θεῶν
καιρὸς τηλέθρωτιν διασκυβερνῶσι ξύρι-
παντα, μερώτεροι μὴ τοῖμον ξυγχωρήσαι τό-
τοις δεῖπρονέπεσθαι τέχνην τοι.

MATERIA CIRCA quam sunt singula unius-
cuiusq; uocationis officia.

FORMA est ipse habitus uoluntatis, ut in de-
finitione descriptus est.

FINES et EFFECTVS sunt.

I. Vt Deo obtemperemus.
II. Vt nostro, consilio, opera, labore et c: iuu-
mus Ecclesiam et Rempub:

III. Vt omnia bona animi, corporis, et fortu-
næ nobis à Deo data uel danda paremus et augea-
mus. τῷ πόνῳ γερή πωλῶντες μηδὲ πάντα τη-
λαγαθοὶ θεοί, ut ait Epicharmus et Hesiodus, με-
λετὴ δετεργοροφέλλετ. Item Agendo res Ro-
mana creuit. Solus et artifices qui facit usus
erit.

IV. Vt honesti labores tanquam freni sint,
qui

III. P R A C E P T I.

qui compescant pravae cupiditates. Nam homines nihil agendo, male agere discunt. Ocia dant uicia &c.

V. Ut honestis laboribus uictum & necessaria ad uitae sustentationem nobis paremus. Genesi. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Psal. 127. Labores manuum tuarum manducabis.

COGNATA sunt uel cæteræ uirtutes uel similia ueritatis in formicis, in apibus &c.

PUGNANTIA sunt πολυπραγμοσύνη &

Ignavia.

πολυπραγμοσύνη est multa non necessaria
seu πρεργα & inutilia facere, & alienis se uocacionibus ingerere neglectis necessarijs que ad uocationem pertinent. Hoc uicium communis: est fere omnium sapientum, ut Demosthenis, Periclis, Lysandri, Achaz &c. De parergis noti sunt Nazianzeni uersus, Ἐργοὶ πρέργοι δυδαιῶς ἐργοὶ λέγω, τῷ γαρ πρέργῳ καταφροντέορ. Plato in Legibus hanc quoq; fert, ut singuli ciues unam tantummodo artem discant & exerceant. Nam, ut inquit Xenophon, Impossibile est multa simul facere, & eadem omnia recte facere.

Ignavia omnibus nota & tenacissime infixa est. Cum autem ocium uerè sit puluinar Satanæ et plurimorum peccatorum et calamitatum causa: omni contentione hanc nocentissimam pestem

G fugiamus

VIRTUTES

fugiam⁹ & honestos labores moti causis antea re-
citatis suscipiamus. Capitolinus scribit Antoninū
più Imp: subtraxisse multis salarya, quos ociosos
uiderit accipere, dicentem, Nihil esse crudelius,
quā si Répu:ij arroderet, qui nihil in eā suo labo-
re conferrent.

IV.

GRATITVDO est uirtus complectens ueri-
tatem, quæ agnoscit ac profitetur sc ab alio bene-
ficium accepisse & iusticiam, quæ seruat equali-
tatem & uiciissim benemeritis debitam gratiam
pro beneficio et benevolentia animi & alijs offi-
cijs pro suarum facultatum modo reddit.

PARTES sunt.

I. Veritas mente, corde & ore sentiens &
profitens, unde acceperit beneficium.

II. Iusticia agnoscens sc uiciissim ad cōfīdōpœ
obligatum esse & seruans equalitatem.

CAVSÆ EFFICIENTES sunt, Mens cogitans
mandatum Dei & legis naturæ præcipiens ueri-
tatem & equalitatem, quæ necessaria est, ut ge-
nus humanum seruatur. Item cogitans poenas, quæ
ingratos comitantur.

Deinde uoluntas obtemperans Mandato Dei
ac iudicio mentis & præcipiens cordi, lingue, &
externis membris, ut uiciissim diligent, celebrent,
& officijs colant benefactorem.

MATERIA CIRCA quam seu Obiecta sunt.

I. Deus, de quo in 2. præcepto dicitur. z.Pa-
rentes

III. P R A E C E P T I.
rentes. 3. Præceptores. 4. Ministri Ecclesie:
5. Gubernatores Reipub. 6. Patria 7. Ami-
mici & Benemeriti &c.
FORMA in definitione expressa est.
FINES & EFFECTVS sunt.

- I. Ut Deo obtemperemus.
 - II. Ut agnoscamus Deo quoq; deberi gratitu-
dinem ostendendam uoce & ueris officijs uitæ.
 - III. Ut æquali & mutua & gratuita officio-
rum cōmunicatione genus humanū conseruetur.
 - IV. Quia, ut Cicero ait pro Plancio, Gratitu-
do uirtus est non solum maxima, sed etiam mater
uirtutum omnium reliquarum.
 - V. Ut uentur poena, quibus ingrati omnes à
Deo plectuntur. Non enim recedet malum de do-
mo ingrati, ut Proverb: 17. dicitur.
 - VI. Ut uicissim ab alijs iuuemur. Χάρις Χάριψε
τοι τικτός σει, Gratia semper gignit gratiā.
- COGNATÆ uirtutes sunt Gratiarum actio
in secundo Precepto, Pietas erga Parentes et Prae-
ceptores, Reuerentia erga ministros Euangelij.
- PVGNANTIA sunt Adulatio et Ingratitudo,
que constat ex mendacio, superbia & iniusticia.
Exemplis plena est omnis hominū uita. Nā omnia
sunt ingrata, nihil fecisse benigne, est. Legent aut̄
studiosi de hoc turpisimo uitio, in quo uerē, ut Ci-
cero ad Atticum scribit, nihil mali nō inest, Ora-
tionem D. Philip: de ingratitudine Cuculi.

VIRTVTES

V.

PIETAS ERGA PARENTES & liberos seu
φιλοσοφία est iusticia tribuens parentibus, li-
beris, & ceteris sanguine iunctis debitum amo-
rem, honorem & debita officia, de quibus supra
loco II. & III. breviter dictum est.

CAVSAE EFFICIENTES sunt.

I. Mens cogitans mandatum Dei & naturae
lem noticiam quae præcipit parentibus amorem
erga liberos & liberis obedientiam erga paren-
tes. Nam effectus debet obedire causæ.

II. Voluntas & cor obtemperans.

Συνάρτια sunt, σοργαι φυσικαι, quas Deus in-
seuit pectoribus hominum propter tres causas.

I. Ut sint uincula societatis œconomicæ, quæ
est seminarium Ecclesiæ Dei & politiæ. De hac
causa Cicero inquit ad Atticum, Filiola tua te de-
lectari letor & probari tibi σοργην φυσικην esse
πρὸς τὰ τέκνα. Etenim si haec non est, nulla potest
homini esse ad hominem naturæ adiunctio, qua
sublata uitæ societas tollitur.

II. Ut effent semina Beneficentiae, Iusticie,
Fortitudinis, et aliarum uirtutum necessiarium
ad conseruationem & defensionem generis hu-
mani.

III. Ut nos commonefiant de uera & ar-
denti storge æterni Patris Domini nostri IHESU
CHRISTI erga suum Filium & erga nos, quos
pro-

IV. PRÆCEPTI.

propter Filium paterna storge complectitur, ut
Matth. 3. Hic est Filius meus dilectus, quo dele-
ctor, Ephe. 1. Dilexit nos propter Filium Dile-
ctum. Psal. 103. Quemadmodum pater miseretur
filiorum, misertus est Dominus nostri &c.

Reliqua ὡρωπία sunt doctrina & discipli-
na. Nam sopyai in naturis doctrina & disciplina
expolitis, multo sunt suauiores, expresiores &
ardentiores, quam in cæteris.

MATERIA CIRCA quam sunt obiecta, Pd=

rentes, liberi, omnes sanguine iuncti.

FORMA est ipsa definitio.

FINES & EFFECTVS sunt.

- I. Ut Deo obtemperemus,
- II. Ut societas humana hoc vinculo amoris mu-
tui contineatur & conseruetur.
- III. Quia pietas fundamentum est omnium
iuritutum politicarum, ut Cicero pro Plantio ait.
- IV. Præmia, quorum promissio annexa est
Quarto præcepto, ut sis longæ uis super terram.
Cum hac congruit Homeris uersus, ιλι: δ. & p. οὐ-
δὲ τοκεύσι. θετήσεις απέδωκε, μινυρ θέ-
σις & δε οἱ αἰών.

PVGNANTIA sunt.

Asopya ut Cain erga fratrem Abel. Caracal-
la interficit fratrem Getam. Tiberius erga filios,
uxorem fratrem matrem asopyo est.

G 3

Indulgen-

VIRTUTES

Indulgentia parentum, ut Eli. I. Reg. 2. Qui
parcit uirgæ, odit filium suum.

Impietas liberorum, ut Tullia coniunx Tar-
quinij per cadauer interficti patris carpentum
agit.

Superstitiosa seu impia obedientia de qua
Christus Mat. 10. inquit, Qui amat patrem aut
matrem, filium aut filiam plus quam me, non est
me dignus.

VI.

MODESTIA ferè congruit cum ea, quæ à Pau-
lo Σωφροσύνῃ : à Cicerone in officijs Temperan-
tia dicitur. Est autem uirtus, quæ moderatur
omnes animi & corporis motus, ut cū ordine na-
ture, legum, personarum, locorum &c. conueni-
ant.

Vel est uirtus quæ frenat nos, ne in opinione
de nobis, aut sermone, aut actionibus supra no-
stras uires nos efferamus, nec extra uocationem
aliquid suscipiamus, nec despiciamus alios, sed in
Timore Dei & Fide diligenter faciamus officia
uocationis & necessaria constanter, id est, eodem
modo iuxta rectam rationem faciamus, & in ge-
stibus non discedamus à naturæ, temporum, per-
sonarum, & locorum ordine.

PARTES

III. P R A E C E P T I.

PARTES igitur Modestie seu ΣωΦροσύνης
sunt.

I. Modus seu Moderatio omnium cupiditatis,
tum, affectuum & uoluptatum.

II. Humilitas opposita superbie.

III. Veritas non plus sibi tribuens in opinione & sermonibus, quam adest, opposita arrogantiæ, uanitatiæ, iactantie.

IV. Iusticia distributiva tribuens unicuique
bet suum locum.

V. Sedulitas faciens proprium officium &
non ingerens se alienis negotijs.

VI. Reverentia agnoscens dona Dei in alijs
& propterea se eis subiiciens.

VII. Verecundia & Pudicitia seu castitas.

VIII. Ciuitas morum, quam Cicero Decorum speciale adpellat. Versatur autem in regen-
dis gestibus, sermone, habitu corporis & actionibus, ut seruetur ordo naturæ, temporibus, locis,
personis & ceteris circumstantijs congruens:
Huc præcepta de Ciuitate morum referenda
sunt.

Ex hac commemoratione partium apparet
uirtutes, quæ modestie appellatione continentur
ad 1. 4. 6. & 8. preceptum Decalogi pertinere.
Inde etiam cause sumantur.

G 4 Vici

VIRTVTES

VICINA uirtus humilitati & Modestia est
Adpetitio Glorie seu bona Famæ, quam uult nos
Deus expetere & tueri.

I. Ut ueram ipsius agnitionem, pietatem, benemerita erga Ecclesiam & remp: & cæteras uirtutes, quæ uera gloriae fundamenta sunt, maiori studio & cura complectamur.

II. Quia uult famam & infamiam discerneare, honestos & inhonestos, uult intelligi discriminem uirtutum & uiciorum.

III. Quia uult bonam famam alijs exemplo esse, ut inuitentur & ipsi ad uirtutem.

IV. Non uult suam doctrinam deformari scandalis nec infamia ac turpitudine morum, hominum animos ab Euangelio alienari.

Virtus itaq; Deo placens & necessaria est, adpetere Gloriam, quæ uerè & propriæ definitio, est adprobatio Dei et propriæ conscientia recte iudicantis & aliorum honorum ac recte iudicantium celebratio, semper respondens uera pietati erga Deum, & eximie uirtuti ac benemeritis erga Ecclesiam & Rempub:

PVGNANTIA cum Modestia & recta Adpetitione Glorie sunt. Superbia, de qua in primo Precepto aliquid dictum est.

Arrogantia,

Vanias

III. P R A E C E P T I.

Vanitas & iactantia immodicè & falso se
prædicans, ut Thraso.

Æmulatio πολυπραγμοσύνης.

Ambitio quæ est uiciosa & inordinata cu-
piditas gloriæ cum uidelicet expetitur antecellen-
tia quoquo modo, aut queritur applauditus quali-
umcumq[ue] tentatis actionibus nō necessarijs, aut ex
riuum, ut Pompeius, Antonius, Julius, Arius &c.

Leuitas & Impudentia negligens aliorum iu-
dicia, & non curans bonam famam, Seneca: Leuis
est, nec illum stimulat gloriæ decus.

Inciuilitas Morum seu Rusticitas.

Obscenitas in sermone & moribus.

Scurrilitas in gestu & uestitu &c.

Q V I N T I
P R A E C E P T I V I R -
T V T E S.

In Ethicis Philippi, quæ in omnium manibus
extant, præcipue sequentium præceptorum vir-
tutes, Iustitia, Fortitudo Bellica & Togata, Ami-
citia,

G S

VIRTUTES

citia, Temperantia, Beneficentia et Veritas Methodis explicationibus illustratae sunt, quarum exemplo commonefactus et eruditus, ceteras quoque primae Tabulae & Quarti precepti uirtutes, eadem Methodo adhibita utcunq; euolutas recitauit. Quare nunc ceterarum uirtutum titulos & definitiones tantum, ut in Catechesi collecta sunt, additis alicubi causis repetam

I.

IVSTICIA PARTICULARIS est uirtus, quae seruat aequalitatem cum ceteris hominibus & suum cuique tribuit, & nullius corpori, fame uel bonis nocet uel fraude.

Abraham numerans premium 200 aureorum pro agro, quem emerat prope Hebron (Gen:23.) est iustus iusticia particulari. Matth.1. Ioseph erat iustus & nolebat traducere Sponsam suam Mariam grauidam, id est, non uolebat lædere ipsius famam, cum non haberet certas reprehensionis suæ causas.

Complectitur autem Iusticia Particularis 5. 6. & 7. preceptum & partem quarti.

CAVSAE EFFICIENTES sunt Noticie Mennis, Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris, Item Diligas proximum tuum sicut te ipsum. Item Expetenda est conseruatio Speciei naturæ humanae quæ iniurijs, cædibus, turbationibus coniugiorum

V. PRÆCEPTI.

rum et iniustis facultatum direptionibus destrui-
tur. Et uoluntas obtemperans his notitijs et iuxta
eas regens motus cordis & externa membra.

FINES sunt, ut Deo prestatur obedientia, ut
agnoscamus Deum esse iustum & aequalem, qui
neminem recipiat aut damnet, nisi iuxta unam
normam à se propositam.

EFFECTVS præcipius est conseruatio spe-
ciei & Societatis humanae.

PUGNANTIA sunt Violentia & Fraus
seu Injusticia, quæ non seruat aequalitatem erga
alios, & laedit aliorum corpora, famam & bona
uel pretextu iuris, uel manifesta uiolentia.

II.

Huius uirtutis species est IVSTICIA
DISTRIBUTIVA, qua legitimi Magistra-
tus pollutos externis sceleribus cum preceptis
Decalogi pugnantibus pro delicti qualitate pu-
niunt.

CAVSE autem, quibus ad puniendos scle-
ratos Magistratus impelli debent, septem sunt.
I. Mandatum Dei Deut. 19. Afferes malum
ex medio tui. Rom. 13. Non frustra gladium ge-
rit, Nam Dei minister est.
II. Quia Deus uult in poenis confici discri-
men uirtutum et uictiorum, ut qualis sit ipse, agno-
scamus.

3. Iusticia

VIRTVTES

III. iusticia Dei cuius norma æterna & immota est iustos conseruare & iniustos delere, ut dicitur Deus ignis consumens est. Vindicibus flammis sibi qui contraria debet, Ipseq; iusticia Regula sola manet.

IV. Ut hæ breues poenæ sint commonefactio nes de æternis poenis.

V. Ut commonefiant de Poenitentia.

VI. Ut tranquillitas publica conseruetur.

VII. Ut exemplis horribilium poenarum de territi alijs uitent delicta.

III.

FORTITVDO BELLICA est uirtus propugnatrix iusticie suscipiens pericula & labores pro defensione Ecclesiæ, patriæ, honestæ disciplinæ, coniugum, liberorum & mediocritatem efficiens inter Timiditatem & Audaciam.

CAVSÆ, Mens iudicans quæ pericula sint suscipienda, & Voluntas obtemperans Menti & Cordis impetus Heroicus.

In Ecclesia adduntur hæ cause.

I. Mandatum Dei præcipiens defensionem uel Poenas legitimas.

II. Auxilium Dei Zebaoth gubernantis extum, iuuantis Spiritu sancto cor, ut armet manus & ardentes Spiritus in membra spargat.

MATERIA CIRCA quam, Pericula bellica.

Forma

III. P R A E C E P T I.

FORMA est ipse impetus in uoluntate & cor
de ad depellenda pericula.

FINES.

- I. Gloria Dei.
- II. Conseruatio Ecclesie.
- III. Conseruatio honestae disciplinæ.
- IV. Poena legitimæ sceleratorum.

PVGNANTIA, Timiditas deserens eos quibus
debetur defensio, & Temeritas accersens pericula
la non necessaria, & non depellens ea recta ra-
tione.

III.

FORTITVDO TOGATA est constantia ani-
mi perseverantis in proposito honesto recte susce-
pto iuxta uocationē et tolerātis iniurias propter
honestam causam, & excuso animo despicientis
uoluptates, honores, corruptelas, opes, obtrecta-
tionem, inuidiam uirtutis causa, ita uidelicet, ut
propter hæc impedimenta propositum honestum
non abiciat, ut Daniel, Apostoli, Fabius, non pone-
bat. n. rumores ante salarem. β. publicā, Socrates
apud Platonem μηδέπ ὑπολογίσται μήτε θάυμα
τοπ μήτε αἴσθοτι μηδέπ πρὸ τοῦ αἰοχροῦ.

PVGNANTIA, Mollities animi, Leuitas, In-
constantia & Iniuista peruvicacia, & Stoica moros-
itas, qualis est in Catone, Demea.

V.

Vicina uirtus est PATIENTIA PHILosophica
que

VIRTUTES

que obedit rationi in tolerandis iniurijs & omnibus rebus aduersis & moderatur dolorem, ne opprimat naturam & ne impellat, ut contra iusticiam, constantiam, modestiam uel alias uirtutes faciat.

VI.

VICINÆ & ferè eiusdem uirtutis appellatae sunt MANSVETVDO, MISERICORDIA, que in Principib⁹ & Regib⁹ nominatur Clemētia, Placabilitas seu lenitas & EPIEIKEIA.

Sint autem in conspectu hæ tres definitio-
nes, quæ ferè congruunt.

MANSVETVDO est uirtus, que mode-
ratur iracundiam & vindictæ cupiditatem, re-
mittit offensiones & condonat etiam ueras iniu-
rias publicæ concordiae causa.

EPIEIKEIA seu AEQUITAS est uir-
tus, quæ in persequendis iniurijs remittit aliquid
de summo iure propter octo causas, quæ iam ex-
ponentur, & tolerat in alijs multas infirmitates,
ut morositatem, iracundiam, segnitiem, πολυ=πραγματων, auiditatem glorie &c. publicæ
concordiae causa & ambigue facta non calum-
niosè in deteriorem partem rapit.

MISERICORDIA est uirtus,
que dolore afficitur in aliena calamitate præ-
fertim

V. PRÆCEPTI.

Seruum bonorum uel seductorum hominum et probabilitate lenit peñas & opitulatur miseris, uel propter iusticiam, ut cum scitur erga innocentibus, uel propter bonitatem relaxantem aliquid de summo iure, ut Deus miscretur genere humani, uel quia nobis quoq; in communi sorte aliorum misericordia opus est.

GRADVS autem seu SPECIES Mansuetudinis tres sunt.

I. Leues iniuriæ, ut conuicia inficiæ, ignorabilitatis, stoliditatis, paupertatis, dissimulare & contemnere & prorsus condonare, item tolerare & condonare communes nœuos hominum, de quibus dicitur, Amici mores noueris, non oderis.

II. In ueris iniurijs non tamen atrocibus potiorem habere rationem publicæ tranquillitatis et salutis, quam priuati doloris.

III. In atrocibus iniurijs legitimo modo se defendere, sed tamen in animo remittere coram Deo.

C AVSÆ IMPVL SIVÆ sunt.

I. Mandata Dei coniuncta cum hac severissima comminatione, Sic nec pater uester cœlestis uobis remittet, nisi unusquisq; uestrum fratri suo offensiones remittat Matth. 18. §. 6. Luce 6. Remittite & remittetur uobis.

II. Exemplum DEI, qui immensa misericordia nobis singulis atrocissima peccata

V I R T U T E S

peccata quibus ipsum offendimus remittit & poe-
nas mitigat. Quo autem naturae sunt præstantio-
res & generosiores & Dei similiores, eò sunt mi-
tiores et placabiliores, sicut dicitur, Quo quisq;
est maior magis est placabilis iræ. Et faciles mo-
tus mens generosa capit. Econtra quo naturæ
sunt deteriores & imbecilliores, eò sunt cupidio-
res uindictæ & tenaciores offensionum. Ut aut
in Deo, sic præcipue in principibus et gubernan-
toribus, qui sunt uicarij Dei Bonitas & Clemen-
tia eminere debet.

III. Propriæ infirmitates & peccata, quibus
et diuina & humana remissione opus est. Quare
cum alios nobis remittere uelimus, ignoscamus de-
lijs quoq;, ut in his Naziæzeni uerfululis dicitur.
Εἰδὲ οἴδας ὅφλωρ Ιψῷ πρόστρκτορ τὸ πρᾶορ,
Οὐκτῷ χαρὸ οἰκτῷ καὶ δεῶ σεθμίζεται.

MATERIA CIRCA quam sunt aliorum pec-
cata, offensiones, & iniuriæ, quibus nos uel alios
affecerunt.

FORMA est ipsa moderatio cupiditatis uin-
dictæ & remissio in uoluntate & corde.

FINES sunt.

I. Ut Deo obediamus.

II. Ut Dei gratiam & misericordiam erga
nos non amittamus.

III. Ut parcamus communi tranquillitati Ec-
clesie & reipublicæ, ut Basilius cedit Episcopo,

Eusebio,

V. PRÆCEPTI.

Eusebio, ne Ecclesiam Cæsariensem turbet. Scipio
cedit Tribunis ne patriam bello ciuili implicantur.
III. Ne invocatio nostra & aliorum incensis
odij turbetur.

V. Ut consulamus priuatæ quieti & fame &
commodis quæ multipliciter litibus & rixis im-
pediuntur.

Exempla Mansuetudinis & Clementiae illus-
tria sunt.

Deus tolerans peccata generis humani et con-
donans ea agentibus poenitentiam.

Christus qui ipse de se inquit, Discite à me
quia mitis sum & humilis corde Matth. 11.

Moses mitissimus omnium hominum, Num. 12.

David parcens Sauli.

Conradus Imperator parcens Guelfo duci Ba-
variae.

Socrates.

Pericles iubet deduci cum lycno cum, à quo
totum diem in foro conuiitijs proscissus fuerat,

Ialius Cæsar, Vespasianus & alij multi.

PVGNANTIA sunt, Crudelitas, ut in Sylla,

Tiberio, Domitiano.

Iracundia, ut in Theodosio, Mauricio.

Cupiditas vindictæ, ut in Hecuba, quæ τὸν ἔχ-

θρόνον τιμωρεῖσκεν.

Aἰώνα τὸν σύμπαντα διλέεσθαι θέλει.

Inuidentia, Liuor, ut in Cain, Saulc.

Et Leuitas, Indulgencie, Lentitatis.

H

Amicitias

VIRTUTES

VII.

AMICITIA est uirtus pro uera benevolentia reddens ueram benevolentiam & pariens mutuam communicationem officiorum & rerum liberalem, uirtutis causa.

CAUSA efficiens Iudicium mentis de colenda societate, et in Voluntate inclinatio ad colendam societatem.

Causa ἐγονής ταρπίλης seu obiectum est similitudo, Virtus, Merita,

Cognatio facta	Natura	{ Homines cum Deo Coniuges Liberi & sanguine iuncti
	Lege	{ Patria Ecclesia Respub.
	Vsu	{ Vicini Collegæ eiusdem muneris Comites

FORMA ipsa mutua benevolentia & animorum copulatio ac coniunctio.

FINIS ipsum uirtutis decus.

EFFECTVS sunt utilitates immense. Nam ut ait Herodotus, τικημάτωρ πάντωρ δέ τικηώτατορ ἀνηρ φίλος σωτέος τε καὶ ἔυος.

PVGANTIA sunt Inimicitia, odium et simulatio Benevolentiae ac Perfidia, ut Antigonus quotidie orabat Deum, ut ab eo contra Amicos defenseretur.

STV=

V. PRÆCEPTI.

VIII.

STUDIVM CONCORDIÆ seu φιλοσοφία
est uirtus, quæ humiliter de se sentiens & fricās
ac moderans iracundiam & tolerans aliorum in
firmitates & condonans etiam iniurias, tuetur
concordiam & cauet ne pugnet de ulla re non ual
de necessaria, ne publica tranquillitas Ecclesiæ et
Reip. turbetur.

PARTES sūt Humilitas, Māsuetudo ἐπιεικία.
PVGNANTIA sunt φιλονείκα, contentiositas
quæ est uel monstrositate naturæ, uel superbia &
ambitione, uel iracundia orta ex superbia & in=
solentia, uel quacūq; alia de causa pugnare de rea
bus leui bus & non necessarijs & facile irritare
alios nec alijs cedere: & Lentitas.

IX.

HUMANITAS est copulatio iusticiæ cum a=
lijs uirtutibus mitioribus & suauioribus, cum co=
mitate, mansuetudine, affabilitate &c.

PVGNAN= ficitonem benevolentie erga alios.
TIA Leuitas non seruans discrimina per
sonarum, locorum.

X.

NEMESEΙΣ uel ZELVS est indignatio aduersus
turpidinem, seu iustus dolor propter admissum
ab alio scelus, & cupiditas depellendi ac puniēdi
illud scelus.

PVGNANTIA sunt iniusta asperitas et Lētitias.

H 2 S E

VIRTVTES.

SEXTI PRÆ- CEPTI VIRTVTES.

I.

CASTITAS seu PVDICICIA est uel in cœlibe
uita sine incendijs libidinum et sine ulla commix-
tione, aut alio seminis abusu uiuere, uel in cōiugio
seruare ordinem mirando Dei consilio institutū.

Est autem CONIVGIVM legitima et indissolu-
ibilis coniunctio unius maris & unius foeminae
instituta diuinitus, ut agnoscamus Deum esse men-
tem castam, et ei in castitate seruiamus et hoc mo-
do propagato genere humano colligatur æterna
Ecclesia Deo.

CAVSA efficiens castitatis & coniugij est De-
us amans castitatem & inferens mentibus huma-
nis noticias castitatis & sanciens hunc ordinem
generationis &c. ut dicitur, Dixit Dominus, Item
Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra.

Ad causam Efficientem pertinent Consensus
personarum que iungi debent & parentum &
sponsalia.

CAVSA MATERIALIS Coniugij sunt duæ
personæ, que legitimè iungi possunt, uidelicet, u-
nus mas & una foemina.

FORMA est legitima & indissolubilis con-
iunctio, que & officium coniugale complectitur.

FINES quinq; sunt,

Comma

V. PRÆCEPTI.

- I. Commonefacit quod Deus sit mens casta
et discernit eum à naturis immundis, ut dicitur,
casta Deus mens est, casta uult mente uocari.
- II. Ut homo suorum laborum habeat adiutorem
et socium, ut dicitur, Faciamus ei adiutorium.
Ethnici uocant uxore ἐμπόδιον τὸ φιλοσοφέον.
- III. Ut certa lege hominum genus propagetur,
et ex eo ampla Ecclesia Deum in omni aeternitate
celebrans colligatur.
- IV. Ut sit remedium aduersus uagas libidines,
et ut uidentur poene, quæ immutabili ordine scor-
tationem comitantur. I. Corinth. 7.
- V. Ut coniugium sit imago foederis inter Chri-
stum et Ecclesiam. Ephe. 5.

PUGNANTIA sunt.

- I. Vituperationes et Prohibitiones coniu-
gij et sexus muliebris.
- II. Vagæ libidines et scortationes extra con-
iugium.
- III. Adulteria.
- IV. Diuertia uulgaria.
- V. Incendia libidinum et omnes effusiones se-
minis extra coniugium.
- VI. Simulata castitas ut Origenes.

II.

VERECUNDIA seu PUDOR est uirtus, quæ
ueretur ueram infamiam semper comitantem de-
licta et metu iudicij diuini et propria conscienc-
iae et aliorum recte iudicantium cohercet omnes

H 3

cupi

VIRTVTES

cupiditates & uitat delicta, & gestus animorum
ac corporis ita regit ut conueniat ordini naturae,
personarum, et locorum.

PVGNANTIA sunt Impudentia quæ est con-
temnere Dei & omnium hominum iudicia, et sine
respectu iudicij conscientie propriæ & aliorum
sanorum omnibus cupiditatibus frenos laxare, &
stupor, & ueracitia, nimia uerecundia.

III.

TEMPERANTIA est uirtus, quæ moderatur
adpetitiones cibi & potus.

PVGNANTIA sunt Voracitas, Ebrietas, Cra-
pula, & Nimia Abstinentia.

SEPTIMI PRAECEPTI VIR- TVTES.

I.

IVSTICIA COMMUTATIVA est uirtus, quæ
in contractibus seu mutatione rerum seruat æ-
qualitatem Arithmeticam.

CAVSÆ EFFICIENTES sunt Mens intelli-
gens naturam hominum ita ordinatam esse, ut sin-
guli aliena ope indigent. Ideo necessario res co-
municandas esse, ac propter Deum et ut communi-
catio perpetua sit, æqualitatem seruandum esse.
Et Voluntas obtemperans iudicio mentis.

MATERIA CIRCA quam sunt contractus,
qui aut contrahuntur.

I.RE

VII. PRÆCEPTI.

I. 2 3. 4.
RE. VERBIS. LITERIS CONSENSV.

Mutuatio	Stipulatio	Emptio
Cōmodatum	Fide iūs <small>is</small>	Locatio
Depositum		Societates
Pignus		Mandata

Venditio
Conductio.

FORMA est ipsa προσωπεσις in uoluntate ser
uandi æqualitatem in contractibus.

FINES sunt.

- I. Ut Deo obtemperetur.
- II. Ut societas hominum, quæ ita ordinata est,
ut alij aliorum ope indigent, conseruetur.
- III. Ut exerceantur officia dilectionis.
- IV. Ut commonefiamus de æqualitate Dei er-
ga nos.

BENEFICENTIA seu LIBERALITAS est uir-
tus, quæ cōmunicat facultates et operas non debi-
tas obligatione ciuili, sed naturali seu diuina, jubi-
et quando decet, et mediocritatem efficit inter
profusionem et sordes.

Sunt autem debita iure naturæ omnia officia
alijs necessaria, quæ nos sine incommodo præstare
possumus.

OBJECTA sunt.

- I. Ministerium Euangeliij et studia doctrinæ.
- II. Respub. et patria seu defensio iudiciorum
et pacis.

H. 4 Nos

VIRTUTES

III. Nos ipsi & nobis cognati quos sine luxu
& intemperantia alere debemus.

III. Alij egeni & nostra ope indigentes.
Huc ελεημοσῶαι pertinent.

III.

VICINA UIRTUS est HOSPITALITAS, que pere-
grinos & hospites et præcipue propter uera do-
ctrinæ professionem exulantes uera benevolentia
& omnibus officijs hospitalibus complectitur.

IV.

PARSIMONIA est uirtus, que res proprias
custodit, utiliter collocat, uitat sumptus non neces-
sarios, emacitates, luxum, ædificationes, et tamen
ubi ratio postulat expendit quantum opus est.

PVGNANTIA sunt, Auaritia, Sordes, et Pro-
fusio.

OCTAVI PRAECEPTIVIR- TVTES.

I.

VERITAS in scriptura alias significat ueram
noticiam, ut Ro. 1. Qui ueritatem in iniusticia ca-
ptiuam tenent, id est, uera Dei noticiam. Io. 1. Gra-
tia & ueritas per Ihesum Christum facta est, id est,
uera agnitus Dei, uera iusticia et uita. Alias signi-
ficat Fidelitatem, id est, constantiam uoluntatis in
uera benevolentia & officijs amicitiae debitibus, ut in
illa usitatissima phraſi, Fecit mecum misericordia
et ueritas.

VIII. PRÆCEPTI.

& ueritatem, id est, fuit erga me beneficuſ & ſidelis, Er hat mir alle treu vnd wolthat erzeigt.

Alias significat uirtutem quæ ſic definitur, Ve
ritas eſt uirtus, quæ inclinat uoluntatem, ut ueras
ſententias, hoc eſt, cū rebus quales ſunt congruen
tes amemus, & uera, recta, explicata et ſalutaria
conſtanter dicamus & faciamus, et in morib⁹ fu
giamus infidiosas occultationes & simulationes.

SPECIES ſex poſſunt diſtingui iuxta obiecta.

CAUſÆ efficientes ſunt, Mens intelligens nos
conditos eſſe, ut agnoscamus Deum & alias res
quales ſunt, & in conſuetudine uitæ congruentia
cum noſtra ſententia dicamus & faciamus.

Altera eſt Volūtas obtemperās mēti et amās ue
ritatē in doctrinis, in ſermone, morib⁹, geſtibus,
contractibus &c.

MATERIA CIRCA quam ſeu Obiecta ſunt.

I. Doctrina de Deo, natura rerū, morib⁹ &c.
II. Iudicia, uidelicet Accuſationes, Deſenſiones,
Teſtimonia, ſententia Iudicium.

III. Paſta ſeu promiſſiones omnes in fœderibus
et cotractib⁹, emptiōib⁹, uēditioib⁹, cōductiōib⁹.

IV. Conſilia in gubernatione et priuata uita.
V. Sermones de aliorum uirtutibus & turpi
tudine ſeu laudationes & uituperationes.

VI. Significatio noſtræ uoluntatis erga alios in
ſermonibus, geſtibus &c.

FORMA eſt ipſa definitio uelle congruentia
cum rebus ipſis diſcere, dicere & facere.

H 5

Fines

V I R T U T E S

FINES propter quos uult nos Deus ueritatem colere sex sunt.

I. Ut agnoscamus Deum qualis est et non ludamus furoribus opinionum de ipso.

II. Ut intelligamus Deum esse ueracē, et ipsius uerbum, uerum, & certum esse, & ipsius promissiones ac cōminationes ratas ac firmas esse. Quare cōciones diuinæ non sunt ambiguæ uel incertæ, nec cōminationes sunt inania terriculamenta, nec promissiones tantum inania θελητήρια sunt, quia Deus est uerax. Hæc sentētia fundamētū est pietatis Christianæ, Timoris Dei, Fidei et Spei.

III. Ut discernamus Deum à Diabolo, qui est pater mendacij, id est, falsarum opinionum de Deo & omnis Sophistices &c.

IV. Ut artes quæ sunt fontes omnium in uita bonorum constitui & retineri possent.

V. Ut iudicia, quæ corpora, coniugia, et facultates hominum defendant, haberi possent.

VI. Ut amicitiae, pacta, contractus seu communictatio rerum ad uitam sustentandā necessariarū et in summa tota ciuilis societas conseruetur.

EFFECTVS ex finibus intelliguntur, Plato νόμων ε. Ἀλίθεαι πάντωρ μὴν & γνῶμης δέ τοι, πάντωρ δέ ἀνθρώποις.

Cognata sunt cæteræ uirtutes eiusdē præcepti.

PVGNANTIA sunt omnia mendacia, id est, omnes opiniones, sermones, et gestus non congruentes cum rebus ipsis & nocentes uel ipsi mēdaci

uel

VIII. P R A E C E P T I.

uel alijs, et tota sophistica qua falsas opiniones et malas causas fucosis pretextibus tuerit.

I. Hæreses & studium discendi, docendi, aut defendendi falsas opiniones, uel inutiles & non necessarias subtilitates in omnibus doctrinis.

II. Calumniæ forenses omnes in accusationibus, testimonijs, sententijs iudicium.

III. Perfidia in nō seruādis promissis et foederibus ac amicitijs, periuria et fraudes in cōtractib⁹.

IV. Perfidia & ironia in dandis consilijs.

V. Obrectatio, Maledicentia, Vanitas, Iactantia, Assentatio.

VI. Omnis hypocrisis seu simulatio in moribus & gestibus.

II.

SIMPLICITAS est perspicua & aperta ueritas sine inuolucris & ambagibus, seu est uera, rea proprie & perspicue dicere & facere.

Euripides ἀπλός μῦθος τῆς ἀληθείας ἐφι simplex est ueritatis oratio, Et non indiget uarijs interpretationibus, Itē Σοφὸς τοι τὸ σαφὲς, γάρ μὲν σαφὲς, Item ἐσθλὸμ σαφὲς αἰ, quod & in doctrinis & in moribus uerum est.

PUGNANTIA sunt in moribus διπλότης duplicitas, ut Rhesus aquid Euripidem loquitur φίλῳ λέγει τὸν τὸν διπλοῦ πέφυκεν, Anno ueritatem semper & non sum duplex vir. Et simulatione simplicitatis alteri insidiari & nocere.

In 4r

VIRTUTES

In artibus cum simplicitate pugnat omnes sententiae et explicaciones obscurae, intricatae, perplexae, sophisticæ, false. Nam quo ueriores et utiliores sunt sententiae, eò sunt illustriores. Ecōtra falsum est ακατάληπτον. III.

CANDOR est uirtus qua uerè et apertè nostram uoluntatem significamus et propter probabilem rationem approbamus alienas uolūtates et ambiguè dicta uel facta in meliorem partem interpretamur, non alimus malevolentiam, diffidemtiam, liuorem, nec propter leues suspiciones odiū erga alios concipimus.

PVGANTIA sunt suspicio et diffidentia, que sine probabili ratione de omnibus male sentit et omnibus diffidit quadam naturæ malevolentia, ut Dionysius Tyrannus. omnes autem naturæ suspicaces sunt caluniosæ, maluolæ, et maledicæ.

Alterum extreum est stulta credulitas, que sine probabili ratione omnibus credit, omnes putat ueraces et fideles esse. Sed hic meminerimus ΣΠΙΧΑΡΜΟΣ illud, Nerus atq; artus esse sapientiae, Non temere credere, Itē, Crede parū, tua serua, et quæ periere relinque. Et illud Euripidis, Σώφρονος δι' απίσιασ ὅνκ δέ προδύει χρησιμῶς τεροι βροτοῖς. IV.

CONSTANTIA est uirtus, que uera, iusta et necessaria constanter, id est, eodem modo et perpetuo dicit et facit.

PVGANTIA sunt Leuitas, ut Eceboli et Aulicorum

VIII. P R A E C E P T I.

licorum subinde mutantium sententias de religione ad uoluntatem Principum, Item seruire tempore uiolata religione & disciplina.

Alterum extreum est pertinacia, quæ perseuerat in falsis opinionibus aut iniustis & inutilibus actiōibus, etiā de errore, turpitudine, aut in utilitate cōuincitur. Sophocles.

Ἐτοι νομίσεις κτῆμα τὴν αὐθάδεσμην.
Εἴναι τι, τοῦ νοῦ χωρὶς, δικήρως φρονεῖς.

V.

FIDELITAS quæ est constantia in officijs amicitiae debitiss, & huic opposita Perfidia simul ad quintū præceptū pertinet. V 1.

DOCILITAS est uirtus, quæ frenat animos nescientia & falsas opiniones adducti arrogantia aut philautia permaciter amplectantur, sed ut alios audiant, discant et coniucti ueris argumentis cedant et ueris sententijs assentiantur.

PVGNANTIA sunt pertinacia, quæ etiam dñcē dicitur εὐθάδεσμη, δηλ. γνῶσθαδης αὐτοδης τις ζειπητω τοῦ αυτός αὐτῷ ἀρέσκει.

Alterū extreum est Academica ἐποχή, quæ etiam ueris & certo cognitis sententijs nunquam firmiter adsentitur. VII.

TACITURNITAS & MODERATVS VSVS LINGVÆ. De hac uirtute extant multæ et eruditæ admonitiones varijs historijs & dulcissimis exemplis illustratæ in Declamatione Erasmi de LINGVA. Isocrates

VIRTUTES

I Socrates inquit duo esse tempora loquendi ἥ
πριῶν ὡν κακῶν οὐ πεῖρ, οὐ δέ ωσθα σαφῶς,
in ceteris ἄμειον σιτόν ἡ λέγειρ. Nam nulli ta-
cuissent, nocet esse locutum.

Augustus sermones quoq; cū singulis atq; etiā
cū Liuia sua grauiores nō nisi in scriptis et ē libel-
lo habebat, ne plū minusue loqueretur ex tēpore.

PVGnania sunt Diſſimulatio eorū qui tacent
tunc quoq; cū mandatū Dei prēcipit conſeſſionē
aut παρρησία in taxādis errorib⁹, idolis, et alijs
ſceleribus, Hi apud Eſaiam Muti Canes uocātur.

Itē Garrulitas seu loquacitas, quæ ferē eſt ſtru-
tice indicū. Vasa enim inania plurimum ſonant.

Itē Futilitas quæ nihil contineſt tacitū poteſt,
ſed omnia etiam arcana enunciat.

Cū autem hēc linguae incōtinentia uerē ſit ut
apud Euripidē dicitur turpiſimus morbus, ſingu-
li nos ad Taciturnitatem adſuefaciamus, nec unq;
rūpanus ἔχεμυθίαρ, niſi cū neceſſe eſt loqui. Imo
etiā cū in omnibus uirtutib⁹ mediū attingere ſit
diſſicile, ideoq; melius ſit minus facere, q; nimium
facere, ſtudeamus potius nimia Taciturnitate,
quām multa loquendo peccare.

VIII.

ELOQVENTIA eſt uirtus, qua Voluntas Men-
tem & Linguam regit, ut uera, recta, Deo grata,
et hominibus ſalutaria perſpicue et ornate dicat.
Ita Plato definiſt in Phaedro Τὸν θεῷ κεχαρισμέ-
να λέγειρ δύνασθαι.

Spec

VIII. PRÆC E P T I .

SPECIES, partes, cause, effectus, uicia pugnatiæ, in Rhetoricis explicari solent

IX.

COMITAS seu AFFABILITAS est uirtus inclinans nos, ut in loquendo, in audiendo, in respondendo & officijs præstandis, in uultu & gestibus quadam suauitate benevolentiam nostram erga alios declaremus.

Hæc uirtus in Principib⁹ et Gubernatorib⁹ præcipue necessaria et maximè grata ac cōspicua est.

Suetonius celebrat Augustum.

Lampridius Alexandrum Seuerū, qui nemine suo alloquio prohibuit & omnibus se blandum affectabilemque præbuit, amicos ægrotantes etiam inferiores inuisit.

Eutropius Traianū scribit, Amicis ipsum culpā tibus quod nimis circa omnes communis esset, respondisse, talem sc Imperatorem esse priuatis, quem sibi Imperatorem priuatus optasset.

PUGNANTIA sunt Leuitas, & Morositas fastidiose audiens alios, duriter respondens et dulcer officia præstans, nec ullam suauitatis & benevolentie significatione erga alium ostendens.

X.

VRBANITAS est ornamentum ueritatis, quæ iocoſe, uel figuratè, uel falso dictis tempestiuē & honeste alij admonentur, aut leniuntur, aut etiam in loco irritantur. De hac uirtute insignis locus est in 2. de oratore Ciceronis. Et perpetuus quidam

V I R T U T E S

dam lepos sunt Colloquia Erasmi, Terentius, Συζήτησις Xenophontis, Moria Erasmi, & pleraque Luciani.

P V G N A T c u m U r b a n i t a t e S c u r r i l i t a s , q u æ
i o c o s o b s c ē n o s a u t c o n t u m e l i o s f p a r g i t , & g e-
s t u u e l m o r d a c i d i c t o p e t u l a n t e r r e p r e h e n d i t .


N O N V M & D E C I M V M P R A E C E P T V M
p r æ s c r i b i t n o r m a m a d q u a m o m n e s u i r e s & ad-
p e t i t i o n e s h o m i n i s u o l u n t a r i æ , s e n s i t u æ , e t n a t u-
r a l e s & o m n e s c o g i t a t i o n e s q u æ c o n s i l i a e t a c t i o-
n e s h o m i n u m r e g u n t , c o n g r u e r e d e b e n t .

E t p r o h i b e t C O N C U P I S C E N T I A M , q u æ e s t
A t a ἕ g i a o m n i u m u i r i u m h o m i n i s , q u æ l e g i D e i
c o n f o r m e s e s s e d e b e b a n t .

F i l i u m D e i f o n t e m u e r æ s a p i e n t i æ e t u i r t u t i s ,
q u i i d e o n o s t r ā n a t u r ā s i b i a t e r n o f o e d e r e c o p u l a
u i t , u t n o s a t D e o a u i l s o s , i t e r u n i c a p i t i a d g l u t i-
n e t , e t c o f o r m i t a t e m n o s t r æ n a t u r æ c ū u o l u n t a t e
e t l e g e D e i i n s t a u r e t , o r e m u s t o t o p e c t o r e , u t i n
n o s t r i s m ē t i b u s a c c ē d a t l u c e s a p i e n t i æ r e c t e a g n o-
s e n t i s D e u m & c o n c u p i s c e n t i æ s e u A t a ἕ g i o p &
d e f o r m i t a t e m t o t i u s n a t u r æ n o s t r æ a d R e g u l a b o-
n i t a t i s & i u s t i c i æ d i u i n æ c o r r i g a t e t e t e m e n d e t , u t
p e c t o r a n o s t r a f i a n t c o n f o r m i a l u c i d i u i n æ e t d o-
m i c i l i a D e i , q u i s u a l u c e s a p i e n t i a , i u s t i-
c i a , l e t i c i a e t u i t a n o s i n o m n i a t e r-
n i t a t e c o p l e a t . A M E N .

F I N I S .

CASTAVIT MAGNA
MEL PERIPEIA FACIA
EGESTVNE CLAS



E G V L A E
V I T A E.

I R T V T V M O M S
M M E T H O D I
n e s i n A c a d e m i a
r o p o s i t æ à D i
T R A E O, C
t r u m

D E S C R I
chiana

V V I T T E
X C V D E B A T I C
C R A T O.
A N N O M. D. L V.

Commodus Bagraties.



© 2009 digitalfoto-trainer.de
HARTBLEI